ni. Et tūc ſacerdos petit. Fides quid tibi preſta
bit? At illi reſpondent:vitam eternā. Tunc dicit
ſacerdos. hec eſt vita eterna ꝛc. Et in iſto cathe
ciſmo facit tria ſacerdos. Primo mittit digituꝫ
in aures eius. et ponit de ſaliua eius in ore eiꝰ
et ſignat ꝙ baptiſandus debꝫ habere aures a
pertas ad audiendū verba dei / et documenta
fidei. Poſito ſaliue ſignat ꝙ debet eſſe promp
tus ad loquendū de fide. quia locutio fit mediā
te ſaliua. Secundo facit ei crucem in fronte /
et in pectore. ꝛ ſignat ꝙ baptiſandus debet ha
bere et recipere fideꝫ xpriſti in corde. quod ſig
nat crux facta in pectore. et in ore confiteri fidē
xpi. nec debet erubeſcere fideꝫ xpi: quod ſignat
crux facta in fronte. quia in fronte ſtatim apꝑet
verecūdia. quoniam ſecundū ꝙ dicit apoſtolus
ad ro. xij. Corde creditꝰ ad iuſtitiā: ore aūt con
feſſio fit ad ſalutē. Tertio ponit ei ſal ī ore: quod
ſignat ſapientiā. Iuxta doctrinā apoſtoli ad co
locenſes. iiij. Omnis ſermo eius dēt eſſe ſale di
uine ſapientie cōditus Exorciſmus idē ē ꝙ

adiuratio qꝛ adiurat̄ demon vt recedat de aīa
baptiſandi ꝛ det locū ſpūiſancto aduenienti. Et
facit tria ſacerdos baptiſando.qꝛ pꝛimo facit ei
crucem in fronte cū pollice.ꝛ ſignat ꝙ baptiſan-
dus conſignatur vt ſit templū dei ſeu habitacu-
lū ſpūſſancti.Secundo facit ei crucē de ſputo ad
aures/ad nares/et ad os.et ſignat ꝙ baptiſan-
dus debet habere aures coꝛdis clauſas:ne au-
diat ſuggeſtiōes diaboli.Os etiā debꝫ habere
clauſum:ne loquaturmala verba.Et debꝫ ſic vi-
uere vt ſit(ſecundū doctrinā apoſtoli) bonꝰ odoꝛ
xp̄i in vita ſua.vel iſtud ſignificat ꝙ debꝫ emit-
tere fumū oꝛationis deuote ꝑ quā effugat̄ de-
mon.Iuxta verbū raphaelis in thobia ca.iiii.
Fumus eius effugat omne genus demonioꝛū.
Et iſta facit cū ſputo.i.virtute xp̄i qui ſignificat̄
per ſputum ſecūdum ꝙ dicit glo. ſuꝑ illud ioh.
ix.ca.Lutum fecit ex ſputo.nam ſicut ſputū emit-
tit̄ ab interioꝛibus coꝛdis:ita et filius dei gig-
nit̄ ex ſubſtātia dei patris.Tertio facit ei crucē
de oleo exoꝛciſato in pectoꝛe et inter ſpatulas.
et ſignat ꝙ baptiſandus debet eſſe foꝛtis ad
luctandum contra diabolum/ et ad poꝛtandum

onera pnīe.et iſta fiunt mediante oleo diuine grē. Poſt baptiſmū aūt tria facit ſacerdos baptiſato.qꝛ primo vngit eū criſmate.et ſignat virtutē grē ſpūſſancti.quā ſuſcepit ī baptiſmo. ſecūdo tradit ei veſtē albā.et ſignat innocentiā baptiſmalē.tertio tradit ei cereū accēſum.ꝛ ſignat lumen fidei quod dat̄ in baptiſmo. Sciendū inſuꝑ ꝙ iſta non ſunt de eſſentia baptiſmi.qꝛ ſine ipſis bene pōt dari baptiſmus in caſu neceſſitatis. Sed in tali caſu ſi baptiſatus ſuꝑuixerit: debet portari ad eccleſiā/et ibidē catheciſari ꝛ exorciſari ꝓpter ritū ecclie ſeruandū:nō aūt debet iterū baptiſari ſi ſit certū ꝙ ſit recte baptiſatus.ſed ſi non ſit certū:dēt baptiſari ſub iſta forma.Si tu es baptiſatus:ego te non baptiſo. ſꝫ ſi tu non es baptiſatus:ego baptiſo te in noīe patris et filij et.ſſ.amen.Et hec dicta de baptiſmo ſufficiant.

Tractatus tertius prime ꝑtis principalis eſt de cōfirmatione Ca.i.quid eſt confirmatio.

Quia ſpūalem generationē ſequit̄ augmentū ſpūale:ideo poſtꝙ̄ de ſpūali generatione(q̄ fit in baptiſmo)dictuz eſt:

reſtat dicere de ſpūali augmento quod ſit in cō‑
firmatōe. Circa quā conſiderāda ſunt ſeptē Pri
mo q̄d eſt confirmatio. ſecūdo de materia cōfir‑
mationis. tertio de forma eiuſdē. quarto de eiꝰ
miniſtro. q̊nto de ſuſcipiētibus confirmationem
ſexto de ritu ipſius. ſeptimo de eius effectu.
Confirmatio poteſt ſic diffiniri. Confirmatio eſt
conſignatio facta cū criſmate in fronte baptiſati
ab epō cū certa forma verborū ad audacter cō‑
fitendū nomen xpriſti.

Ca. ij. de materia confirmationis.

Materia cōfirmatōis (vt ptz ex p̄dicta diſ‑
finitione) eſt criſma. in quo quidē criſmate
ſunt duo. ſcz oleū oliuatū/ et balſamus. Et ratio
quare iſta duo ſunt materia huius ſacramenti:
eſt inſtitutio xpriſti: q̄ inſtituit iſta duo eſſe ma‑
teriam huius ſacramēti. licet enī non inueniat̄
in euāgeliis ꝙ xpriſtus iſtud ſacramentū inſtitu
erit: tamē beatus petrus q̊ fuit vicarius xp̄i/ pa
ſtor ac rector vniuerſalis eccliē ita docuit/ ita p̄‑
dicauit ⁊ ꝓmulgauit xp̄m inſtituiſſe. Et licz iſta
ꝓmulgatio non inueniat̄ in canonicis/ id eſt ī
epiſtolis beati petri: tamē dominꝰ papa habet

in decretis romane eccleſie.et poteſt haberi ex
obſeruātia primeua totius ecclie vniuerſalis a
tpe petri vſqꝫ ad nūc.q̄ quidē obſeruātia pree-
minet auctoritati cuiuſcūqꝫ.cū vniuerſalis eccle
ſia regatur a ſpūſancto/et errare non poſſit.
Et ſi queratur quare euangeliſte non poſuerūt
in euangelijs materias et formas ſacramento-
rū.Ad hoc reſpondet beatꝰ dionifius in libro
de celeſti ierarchia dicens ꝙ euāgeliſte nolue-
runt hoc facere ne materie et forme ſacramēto-
rū venirent in deriſionē infideliū quoniā ſecun-
dū ꝙ dicit ſaluator.margarite non ſunt ponēde
ante porcos. Secus tamen eſt de baptiſmo.qr
baptiſmus eſt ſacramentū maxime neceſſitatis
cū ſine baptiſmo nullus ſaluari poſſit.ideo opor-
tuit ꝙ forma eius eſſet omnibus cōis et mani-
feſta. idcirco euāgeliſte poſuerunt eā expreſſe
in euāgelijs.Aſſignat̄ tamen a doctoribus ta-
lis rō quare criſma ē ꝓpria materia huiꝰ ſacra-
mēti.qr in criſmate(vt dictū eſt)ſunt duo.ſcꝫ ole-
um oliuarū/et balſamus.Et ꝓprietates iſtorū
maxime cōueniūt huic ſacramēto.qr oleū oliua
rū ē nutrimentū ſplēdoris.⁊ ideo ponit̄ in lam-

pade:vt lumē poſſit ibi durare.ideo oleū eſt ſig
nū maioris voti et luminis fidei.quā fidem de=
bet habere pre ceteris cōfirmatus.qr teneť ſe
exp̄īſſe obijcere ꝑſecutoribus fidei/ꝛ cōfiteri fidē
etiā abſq3 hoc ꝙ requirať Unde de cōfirma
to diciť in pſalmo.Inueni dauid ſeruū meū in
baptiſmi ſuſceptione.oleo ſancto meo vnxi eum
in confirmatione.auxiliabiť enī ei manus mea
in fidei ꝑſecutione.Balſamus autē ratione ſue
fragrantie deſignat odorē bone fame/et opini
onis q̄ debet eſſe in confirmato.vnde in eccleſi=
aſtico ca.xxiiij.Sicut ſinamomū et balſamū aro=
matiſās odorē dedi.Arguūt ergo doctores ſic.
Illud eſt ꝓpria materia ſacramēti cōfirmatōis
cuius proprietates maxime conueniūt effectui
ipſius ſacramēti.ſed iſta ſcz oleū oliuarū ꝛ bal=
ſamus ſunt huiuſmodi:ergo iſta ſunt ꝓpria ma
teria ſacramenti confirmationis Sciendum
autem ꝙ iſta primo debent eſſe ſanctificata ſeu
benedicta ab epiſcopo anteꝙ̄ ſint propria ma=
teria huius ſacramenti.Cuius ratio aſſignatur
a ſancto thoma de aquino in.iiij.ſuo.quia in ſa=
cramentis que xpiſtus recepit in corpore ſuo

non requirit̃ ſanctificatio materie eorū.quia ip
ſe tactu ſui ſanctiſſimi corporis ſanctificauit ea.ꝛ
ideo quia xpriſtus fuit baptiſatus non requiri-
tur de neceſſitate ſacramenti ꝙ aqua prius be-
nedicat̃ anteꝗ̃ ſit materia baptiſmi. quoniã(vt
dicit beda.)Xpriſtus tactu ſue mundiſſime car-
nis:vim regeneratõis cõtulit aquis.Quia etiã
xpriſtus ſuſcepit ſacramentū eucariſtie in ſeip-
ſo:non requirit̃ ꝙ panis et vinū prius benedi-
cant̃:anteꝗ̃ ſint materia ſacramenti eucariſtie.
Sed in illis ſacramẽtis q̄ xpriſtus non ſuſcepit
in ſeipſo:requirit̃ ꝙ precedat materie ſanctifi-
catio.Et quoniã xpriſtus non ſuſcepit ſacramẽ-
tū confirmationis in ſeipſo:ideo in confirmatõe
req̇rit̃ materie cõſecratio. Et idẽ dico de ſacra-
mento ordinis/et de ſacramẽto extreme vnctio
nis.Alia rõ aſſignat̃ ab eodẽ doctore in vlt.ꝑ-
te ſumme ſue.qz in illis ſacramẽtis in q̇bus re-
quirit̃ miniſter ſpẽaliter conſecratus:requiritur
ꝙ materia ſacramẽti conformiter ſe habeat ad
miniſtrum ſacramenti.ſed in ſacramento confir
mationis requirit̃ miniſter ſpẽaliter cõſecratus
ſcz epūs: quare in ſacramento confirmationis

requirit̃ materia ſpecialiter conſecrata· in alia aũt materia non poteſt fieri hoc ſacramentũ.

¶ Ca·iii de forma conſecrationis

Orma iſtius ſacramenti ſunt verba q̄ epiſcopus dicit quando facit crucē in fronte confirmādi cũ criſmate.q̄ ſunt iſta.Conſigno te ſigno crucis.cōfirmo te criſmate ſalutis.In nomine patris/et filij ⁊c.Quod aũt forma illa ſit cōueniens forma huius ſacramēti: patet.quoniā illa forma eſt cōueniens forma ſacramenti:per quā/et in qua exprimunt̃ ea q̄ ſunt neceſſaria ad ſacramentũ cōfirmationis. ſed in iſta forma q̄ ſunt neceſſaria ad ſacramentũ confirmationis exprimunt̃. quia in confirmatione eſt neceſſaria perſona miniſtri conferentis ſacramentum. ⁊ iſtud exprimit̃ cũ dicit̃.Conſigno ⁊ confirmo ⁊c.Eſt inſup̱ ibi neceſſaria perſona ſuſcipiens ſacramentũ/q̄ exprimit̃ cũ dicitur:te.Eſt ibi etiaꝫ neceſſaria materia ſacramenti q̄ exprimitur cũ dicitur:criſmate.eſt inſup̱ ibi neceſſaria virtus dei conferentis efficaciā ſacramēto. que exprimitur cũ dicitur.In noīe patris ⁊c.Effectus etiam ſacramenti exprimit̃ in iſta forma. ſꝫ iſtud

videbitur infra quando agetur de effectu eiuſ-
dem: quare manifeſtū eſt ꝙ iſta forma eſt cōue-
niens forma huius ſacramenti.

Ca.iiii. de miniſtro confirmationis

Miniſter huius ſacramenti confirmationis
eſt ſolus epiſcopus. Cuius ratio aſſignat̄
a doctoribus talis. Sicut eſt in policia corpora-
li bene ordinata: ita ſuo modo debet eſſe in po-
licia ſpirituali. ſed ſic eſt in policia corporali be-
ne ordinata ꝙ promouere aliquem ad ſtatum ⁊
gradum eccellentie ſuꝑ alios pertinet ad illum
qui habet curam cōmunitatis / ſcȝ ad principeȝ
quia ergo confirmatus ꝑ ſacramentū confirma-
tionis ponit̄ in ſtatu excellentie ſuꝑ alios: cuȝ
confirmatus efficiatur miles xpriſti: ideo con
ferre ſacramentum confirmationis pertinet ad
ſolum epiſcopū qui habet curam totius cōmuni
tatis in ſua dioceſi Sed queritur vtrū in ca-
ſu neceſſitatis alius ꝙ̄ epiſcopus poſſit coufir-
mare? Dicendū ꝙ in materia iſta doctores cō-
trariant̄ ſibi̇̄nuicē. Aliq̄ dicunt ꝙ papa poſſet
cōmittere cuicunqȝ fideli viro ꝙ miniſtret ſacra
mentū confirmationis. Et aſſignant talem rati-

onem. Ille qui tenet locū xpriſti in terris ⁊ ha=
bꝫ plenitudinē poteſtatis in eccleſia dei poteſt
diſpenſare in ſacramentis omnibus q̄ nō ſunt
inſtituta a xpriſto. ſed non legitur in toto cano
ne noui teſtamenti ꝙ xpriſtus inſtituerit ſacra=
mentum confirmationis dari a ſolis epiſcopis:
ergo papa qui habet plenitudinem poteſtatis
in eccleſia et tenet locum chriſti poteſt ordina=
re ꝙ iſtud ſacramētum conferatur ab alijs q̄ ab
epiſcopis. Alij doctores dicunt contrariū/ſcilꝫ
ꝙ papa non poteſt committere alicui niſi ſit epi
ſcopus ꝙ conferat ſacramentū confirmationis.
Quorum ratio eſt. quia in illis q̄ ſunt de neceſſi
tate ſacramenti non pōt ꝑ papā aliquid immita
ri. ſed epūs de neceſſitate ſacramēti confirmati=
onis eſt miniſter huius ſacramēti: ergo nō pōt
ꝑ aliquē fieri: puta ꝙ alius q̄ epūs cōferat iſtud
ſacramentū. maior huius rōnis ab omnibus cō
cedit̄. minor probatur. qꝛ ſicut de eius neceſſi=
tate ē ꝙ eius materia ſit ſanctificata/nec aliq̄s
poteſt iſtud mutare. ſic de eius neceſſitate eſt ꝙ
eius miniſter ſit ſanctificatus. que ſanctificatō ſit
in ſpirituali vel epiſcopali conſecratione. quar

ſolus epūs de neceſſitate eſt miniſter huius ſa-
cramenti. Alij tamē doctores tenent viā medi-
am dicentes ꝙ papa non pōt cōmittere cuicun
qꝫ fideli indifferenter ꝙ conferat hoc ſacramē-
tū: ſed omni ſacerdoti pōt cōmittere. Et rationeꝫ
primi dicti aſſignant. qꝛ nulli pōt cōmitti ꝙ ha
beat poteſtatē ſupra corpus xp̄i miſticū admi-
nus quo ad diſpēſationeꝫ ſacramentorū niſi ha
beat ptātem ſupra corpus xp̄i verū q̄ ſupra cor
pus xp̄i miſticū poteſtas deſcendit a ptāte ſup̱
corpus xp̄i verū. ſed ſolus ſacerdos habet ptā-
tem ſupra corpus xp̄i verū: ergo ſoli ſacerdoti
poteſt cōmitti ꝙ habeat ptātem ſupra corpus
xp̄i miſticū. et hoc in diſpenſando ſacramenta.
ſed miniſtrādo ſacramentū cōfirmationis habe-
tur poteſtas ſupra corpus xp̄i miſticū. quare ſo-
li ſacerdoti poteſt cōmitti ꝙ ſit miniſter ſacramē
ti confirmationis. Rationē ſecūdi dicti aſſignāt
ex quodā decreto in quo legit̄ ꝙ gregorius pa
pa cōmiſit q̄buſdam ſacerdotibus anglie ꝙ vn-
gerent baptiſatos in fide cū criſmate. ſed in ta-
li vnctione confert̄ ſacamentū confirmationis:
quare pōt cōmitti ſacerdotibꝰ a papa ꝙ cōferāt

hoc ſacramentū. Et hoc vltimū reputo verius.

Ca.v. de ſuſcipientibus confirmationē

Sacramentū confirmationis debent reci-
pere omnes baptiſati tā viri ꝙ mulieres: qꝛ ſecus eſt de milicia ſeculari/ꝛ de militia ſpūali. quoniā militiā ſecularē non debent recipe mulieres: ſed ſolū viri. qꝛ mulieres non ſunt apte ad pugnandū corꝑaliter. Militiā aūt ſpiritualem poſſunt recipe omēs indifferenter taꝫ viri ꝙ mulieres. qꝛ taꝫ viri ꝙ mulieres ſunt apti ad pugnandū ſpūaliter contra ꝑſecutores fidei. ſed militia ſpūalis datᷓ in confirmatōne: quare ſacramentū iſtud poſſunt recipe tam viri ꝙ mulieres Et hoc eſt quod dicit aplūs. In xpꝛiſto ihū neqꝫ maſculus neqꝫ femina. quaſi velit dicere ꝙ quo ad xpꝛiſtū non eſt differentia de maſculo ꝛ femina Sed nunqͥd pueri ſunt confirmandi? Dicendū eſt ꝙ ſic. ſtati cū incipiūt habere vſuꝫ rōnis. qꝛ tūc ſunt apti ad confitendū fidē xpꝛiſti ꝛ in ſacramento iſto datur ſpūſſanctus ad robur vt fides xp̄i audacter recipiatur et confiteatᷓ Sed nunqͥd ſine peccato pōt aliqͥs omittere ne vnꝙ recipiat ſacramentū confirmationis? Dicē

dum ꝙ ſine iſto ſacramento poteſt eſſe aliq̈s ſal-
uus.quia multi non confirmati ſaluantur. ſed ſi
occurrat oportunitas ſuſcipiendi illud ſacramē
tum:quilibet debet illud ſuſcipere.et ſi ſine cau-
ſa rationabili omittat ipſuz ſuſcipe:peccat mor
taliter. Cuius ratio eſt.qr quilibet quātū eſt in
ſe:debet ſe diſponere ad ſuſcipiendū gratiā vel
eius augmentū ſi ſit capax eius.ſed in ſacramē-
to confirmationis ſi digne ſuſcipiat̃ confert̃ gra
tia vel auget̃:ergo quilibet habita oportunita
te debet ſuſcipe iſtud ſacramentū. Ideo ſacerdo
tes curas animarū habētes debēt īſtruere par-
rochianos ſuos vt quādo epūs erit ī parrochia
preſens:ſuſcipiant iſtud ſacramentū.

Ca.vi.de ritu confirmationis.

Ritus iſtius ſacramēti confirmationis eſt:
quādo aliq̈s confirmat̃/inungit̃ ꝑ modū
crucis ab epō in fronte cuz criſmate ſub forma
verborū predicta/puta. Conſigno te ꝛc. Et iſte
ritus eſt cōueniens. Cuius rō eſt.quia in ritu ſa
cramenti debet ſignari virtus/et effectus ſacra-
menti modo virtus et effcūs ſacramenti confir-
mationis eſt:ꝙ per ipſum datur ſpūſſanctus ad

audacter fidem xp̄i confitendū . et q per ipſum confirmatus efficitur pugil xpriſti.et iſta ſignā tur in ritu iſtius ſacramenti.Nā per vnctione m ſignatur q confirmatus in cōfirmatione efficit̄ pugil xp̄i.nā antiquitus pugiles inungebant̄. p alia aūt ſignatur q confirmatus debet audacter confiteri fidē xp̄i.Nā a confeſſione xp̄i poteſt aliq̈s impediri ꝓpter duo.ſcʒ propter verecūdiam/vel propter timorē.Contra primū fit confirmato crux in fronte cū criſmate.vt videlʒ non erubeſcat confiteri fidē xp̄i.quia in fronte primo apparet verecūdia.qꝛ quādo homo verecundatur:frons incipit primo erubeſcere.ideo contra ruborem verecundie inungit̄ frons.Sʒ contra timorem fit etiā crux in fronte.quia quā do homo timet:incipit frons et etiā tota facies paleſcere.ideo contra timoreʒ confirmatus munitur ſigno crucis.Alapa aūt q̄ datur cōfirmato non eſt de neceſſitate ſacramēti:ſed ſolū ꝓpter memoriam datur.Locus aūt vnctionis debʒ etiam aliquo panno mundo inuolui propter reuerentiam ſacramenti.

Ca.vij.de effectu confirmationis.

ffectus huius ſacramēti eſt/qꝛ(vt dictum
eſt)ſpūſſanctus ad robur et audaciā confi
tendi nomen xpꝛiſti et fidem in eo datur.Unde
niſi ſit obex/id eſt impedimentū ex parte ſuſci-
pientis in ſacramento iſto datur noua gratia/
vel antiqua augetur.Eſt etiā alius effectus iſti
us ſacramenti.qꝛ per ipſum ſi bene et digne ſuſ
cipiatur:peccata oblita/moꝛtalia/ꝛ venialia di-
mittūtur.Per iſtud etiā ſacramentū impꝛimitur
caracter vt ſupꝛa dictū eſt.ideo iſtud ſacramen-
tū non debet nec poteſt bis ſuſcipi.immo q̇ ſciē
ter bis ſuſcipet:mereret̃ ſecundū leges decapi
tari.vt ſupꝛa dictū eſt de baptiſmo. Sciendū
aūt ꝙ caracter confirmationis pꝛeſupponit ca-
racterē baptiſmi.qꝛ nullus poteſt ſuſcipe iſtud
ſacramentū niſi fuerit baptiſatus.Per iſtud etiā
ſacramentū contrahit̃ cognatio ſpūalis ſicut ꝑ
baptiſmū q̄ impedit matrimoniū contrahendū:
et dirimit iā contractū.De hoc dicet̃ infra quā
do agetur de matrimonio.Et hec de ſacramen
to confirmationis dicta ſufficiant.

Tractatus quartus pꝛime ꝑtis pꝛincipalis
eſt de ſacramento eucariſtie Ca.i.qd ſit euca-

riſtia et vnde dicat.

Poſtq̃ dictū eſt de generatōne ſpūali q̄ fit in baptiſmo/et de augmēto ſpūali quod fit ī confirmatiōe: dicendū eſt de ſpūali nutrimēto quod dat in ſacramento eucariſtie. Circa quod conſiderāda ſunt .xi. Primo q̄d ſit eucariſtia. Secūdo de miniſtro eucariſtie/ſeu miſſe/q̄s et qualis debet eſſe. Tertio de materia eucariſtie/q̄ et qualis debet eſſe. Quarto de forma eucariſtie. Quinto ī quo loco debꝫ celebrari miſſa. Sexto de tempore quo debet celebrari miſſa. Septimo quotiēs in die debꝫ celebrari. Octauo de veſtibus q̄bus debet indui ſacerdos ī miſſa. Nono cui debet dari ſacramētū eucariſtie. Decimo de ritu miſſe. Vltimo de defectibus q̄ poſſunt occurrere ī miſſa. Eucariſtia pōt ſic notificari. Eſt ſacramētum corpis et ſanguinis xp̄i contentorū ſub ſpeciebus panis ⁊ vini: virtute verborū a ſacerdote prolatorū. Et dicit ab eu quod eſt bonū: et caros grā. quia in eo continet ille q̄ eſt fons gratie/ſcilꝫ xpriſtus. de cuius plenitudine omēs accepimꝰ gratiā. vt dicitur iohannis .ij. ca.

Ca.ij.de miniſtro eucariſtie.

Miniſter ſacramēti eucariſtie/id ē miſter q̇ pōt ⁊ debet celebrare miſſam:eſt ſacerdos rite et legitime ordinatus/ſine pctō mortali exiſtens/et cui non eſt prohibitū celebrare. Dico q̇ pōt et debet:qꝛ multi poſſunt q̇ non debent celebrare.ſicut ſacerdotes heretici/vel excōicati/vel ſciſmatici/vel degradati. qꝛ ſi celebrant:veraciter conficiūt corpus xpī.tamē peccant mortaliter in dicēdo miſſam.et non ſolū ipſi celebrātes:immo omēs q̇ audiūt eorū miſſam ſi ſint notorie tales.Dico rite ⁊ legitime ordinatus.qꝛ nullus niſi ſit rite et legitime ordinatꝰ in ſacerdotē:poteſt celebrare miſſam.Intelligēdum eſt tamen ꝙ aliq̇s non rite ⁊ legitime ordinatus pōt eſſe duobus modis.Uno mō ꝙ ſcʒ in ordinatione ſua omittat̄ aliq̇d quod ſit de eſſentia ordinis vel ordinationis.ſicut ꝙ non ordinetur ab epiſcopo.vel ꝙ quando ordinat̄: ei manus non inungant̄. vel ꝙ non tradat̄ ei calix. vel ꝙ ordinans non dicat verba debita ⁊ ſtatuta.vel ꝙ non habeat intentionē ordinādi.et talis nullo mō poteſt celebrare.qꝛ talis non eſt ſa

cerdos. Alio modo ſcʒ ꝙ in ordinatione ſua ſer
uatis omnibꝰ q̄ ſunt de eſſentia ordinis ſeu or=
dinationis omittat̄ aliq̍d eorū q̄ ſunt de ſollen
nitate ordinis vel ordinationis. et talis bene
pōt celebrare. tamen credo ꝙ non debʒ: potiſſi=
me ſi ex negligentia ſua fuerit aliq̍d tale omiſ=
ſum. Quid aūt ſit de eſſentia ordinis/vel or=
dinationis: et quid de ſollēnitate: non eſt p̄ſen=
tis ſpeculationis. quia ſcire iſtud magis ſpectat
ad epiſcopū: q̃ ad ſimplicem ſacerdotē. dico eti
am ſine peccato mortali exiſtens. quia nullꝰ in
peccato mortali exiſtens: debet celebrare miſ=
ſam Notādū tamē ꝙ aliquē eſſe in pc̄ō mor=
tali pōt intelligi duobus modis. Uno modo vt
ſit in pc̄ō mortali notorio. alio mō ꝙ ſit in pecca
to mortali occulto. Primo mō ſi ſit notorius he=
reticus/ſciſmaticꝰ/excommunicatꝰ/ſimoniacꝰ/
vel fornicarius. non ſolū ip̄e peccat in celebrā=
do: immo omnes q̄ audiūt miſſam eius. Et ratio
eſt. qꝛ iſta quattuor crimina maxime repugnāt
huic ſacramento. nā in hoc ſacramento eſt ſecre
tum fidei: ideo repelluntur heretici. Eſt et vin=
culum caritatis: ideo repelluntur ſciſmatici

et excõmunicati.Eſt etiā vas gratie vnde voca
tur eucariſtia:ideo repellunt̃ ſimoniaci q̇ grāz
emunt et vendunt.Eleuat inſuꝑ hominē ad ſta=
tum ſpūalem: ideo repellunt̃ fornicarij notorij/
q̇ omēs ſunt carnales.ꝛ dicūt̃ notorij fornicarij
non ꝑpter ſuſpitionē/vel alia ſigna probabilia
ſed q̇ ſunt ſecundū iuris ordinē cōdempnati de
tali crimine.vel ſponte in iudicio cōfeſſi.vel ca
nonice cōuicti.vel propter euidentiā facti:quā=
do factū eſt ita notoriū ꝙ non indiget teſtibus:
cū non poſſit aliqua tergiuerſatione celari.Si
ſit in pctō mortali occulto:ſciendū eſt ꝙ aliquē
eſſe in pctō mortali occulto poteſt intelligi tri=
bus modis.vno mō qꝛ iam cōmiſit/vel ſcit ſe cō=
miſiſſe temꝑe preterito aliquod peccatū morta=
le de quo non dolet/nec penitet/nec conterit̃.
ꝛ talis ſic celebrans non ſolū peccat mortaliter
immo mortaliſſime.ꝛ de tali dicit apoſtolꝰ ꝙ q̇
māducat ꝛ bibit indigne:iudiciū ſcꝫ mortis eter
ne ſibi māducat et bibit. Alio mō aliq̇s poteſt
eſſe in pctō mortali occulto:qꝛ ſcilꝫ commiſit ali=
quod peccatū mortale quod nō fuit cōfeſſus:ta=
men non recolit de illo peccato.ꝛ talis aut dili=

genter examinauit conſcientiā ſuā anteq̄ pone
ret ſe ad celebrandū/ nullo mō potuit recorda
ri de illo pctō:et eſt in ꝓpoſito q̄ ſi recordare=
tur:confiteret̄ illud peccatū/ faceret pniaꝫ de
illo et in generali conteritur de omnibus pec=
catis oblitis.et tunc iſte non peccat in celebrā
do:immo virtute ſacramēti miſſe meret̄ veniā.
et abſoluit̄ de illo peccato.Et ita intelligit̄ il=
lud verbū eximij doctoris auguſtini q̄ iſtud ſa=
cramentū viuificat mortuos/id eſt illos qui iſto
mō exiſtentes in mortali peccato celebrant.ta=
men ſi poſtea talis recordat̄ de illo pctō: tenet̄
de illo cōfiteri.Et ideo q̄libet tenet̄ anteq̄ po=
nat ſe ad celebrandū diligenter examinare cō
ſcientiaꝫ ſuā ſi ſit in pctō mortali vel non.Et ita
precepit beatus paulus dicens. Probet aūt/
id eſt examinet ſeipſum homo:et ſic de pane il=
lo edat/et de calice bibat.Si aūt exiſtēs i pctō
mortali de quo non recordat̄ exponat ſe ad ce
lebrandū anteq̄ examinauerit aliquo mō con=
ſcientiā ſuā:credo q̄ peccat. q̄r eſt tranſgreſſor
precepti apoſtoli iā dicti ſcꝫ illius:probet ſeipſꝫ
homo ꝛc.Tertio mō aliquis pōt eſſe in peccato

mortali/ſcꝫ ꝙ recordat̄ ſe determiate aliquod peccatū mortale cōmiſiſſe.et tūc aut iſte habet ī preſenti copiam confeſſoris aut non.ſi ſic:tenet̄ anteq̄ꝫ celebrat cōfiteri.et niſi confiteat̄:peccat mortaliter in celebrando.nec ſufficit ſibi confeſſio generalis q̄ fit in principio miſſe. quia iſta confeſſio extendit ſe ſolū ad peccata venialia. ⁊ non ad mortalia/maxime ad illa de quibus homo recordat̄. ſi aūt talis non habet copiā ſacerdotis:aut imminet ſibi neceſſitas celebrādi:puta qꝛ iſte eſt curatus/et eſt dies dominica / vel dies ſollēnis/et populus ſibi cōmiſſus vult audire miſſam et eſſet ſcandalū ī populo niſi ip̄e celebraret.vel forte aliquis parrochianus ſuus eſt infirmus periculoſe/et requirit iſtum ꝙ det ſibi corpus chriſti et iſte non habet hoſtiam conſecratam quā det ſibi.vel imminet ſibi aliqua alia neceſſitas celebrandi.ſicut ſunt nuptie vel aliquid tale. In iſtis caſibus et ſimilibus ipſe tenet̄ confiteri/et penitere de peccato ſuo/et eſſe in propoſito confitendi ipſum quādo habebit oportunitatē/et dicat miſſam in nomine domini. quia xpriſtus qui eſt ſummus ſacerdos abſoluit

eū:ſed confiteat̃ poſtea quando habebit copiā
confeſſoris. Si aūt iſti(vt dictū eſt)qui ſic exiſtit
in pctō mortali nulla immineat neceſſitas cele=
brandi: nullo mō ſe exponat ad celebrandū.qꝛ
abſqꝫ dubio ſi celebraret:mortaliſſime peccarꝫ
Sed pone aliquis ſacerdos recipit pecuniā
ab aliquo vt dicat miſſam de requiem/vel aliq̄
aliā:nunquid talis ſacerdos habet neceſſitatē
legitimā celebrandi:ita ꝙ poſſit celebrare exi=
ſtens in peccato mortali abſqꝫ hoc ꝙ confiteat̃
quando non habet copiā cōfeſſoris: Dico ſaluo
meliori iudicio quantū mihi videt̃ ꝙ nullus ſa=
cerdos debet accipe pecuniā pro dicendo miſ=
ſam/ita ꝙ intētio ſua ſit ſic ꝙ miſſam equiparet
precio pecunie.tamen ſecundū ꝙ dicit apoſtolꝰ
Si ſpūalia vobis ſeminamus:non eſt mirū ſi tē=
poralia veſtra metamus.Nō eſt ergo prohibi=
tū quādo ſacerdos ꝑ ſuſtētatione vite ſue/non
pro p̄cio miſſe recipiat pecuniā ab eo ꝑ quo di
cit miſſam /maxime quādo ſacerdos nō habet
ſufficientes redditus pro ſuſtentatōe vite. Sed
nunquid talis receptio pecunie eſt neceſſitas
legitima celebrandi excuſans iſtum vt exiſtēs

in peccato moꝛtali poſſit celebꝛare miſſam abſ-
qꝫ pctō:ſine hoc ꝙ confiteat̃ ſi non habeat copi
am cōfeſſoꝛis: Dico ſaluo melioꝛi iudicio ꝙ iſte
ſacerdos autē obligatus rōne beneficij ſibi col
lati per ſupioꝛem vel per illū qui habet ius pa-
tronatus in illo beneficio ad dicendum quali-
bet die miſſam. ſicut ſunt illi qui habēt vicarias
ꝑpetuas in aliqua eccleſia. Et de tali idē mihi
videt̃ dicendum ſicut dixi ſupꝛa de curato cui
imminet neceſſitas celebꝛandi / ſcꝫ ꝙ conterat̃
et peniteat de pctō ſuo: et ſit in pꝛopoſito confi-
tendi. et celebꝛet in nomine domini ꝛ confiteat̃
quādo occurret ſibi confeſſoꝛ. Aut iſte ſacerdos
recepit pecuniā pꝛo dicēda aliqua alia miſſa ſin
gulari. ſicut ſunt multi qui recipiunt pecuniam
ꝓ miſſis rogatis. ſicut pꝛo vna miſſa / vel ꝓ plu-
ribus de requiē / vel de ſancto ſpiritu / vel de be-
ata virgine / vel de infirmis ꝛc. Et de iſto dico
ꝙ exiſtens in pctō moꝛtali nullo mō anteꝙ̃ con-
fiteatur: debet ſe exponere ad dicendū miſſam.
quia peccaret moꝛtaliter in dicendo. nec exi-
ſtens in tali caſu debet recipere pecuniā pꝛo di
cendo miſſam ſtatim: immo debet ſe excuſare

dicendo. Amice ego non ſum bene diſpoſitus
pro nunc pro dicendo miſſam: ſed quando deꝰ
voluerit ꝙ ego ſum diſpoſitus: ego libenter fa-
ciam quod petitis. Et ſi alius inſtāter petat ꝙ
ſtatim dicat miſſam: ſi recepit pecuniā/eam ſibi
ſtatim reſtituat: et nullo mō exponat ſe ad cele-
brandū. Dixi aūt quis et qualis debet eſſe mi-
niſter miſſe in deſcriptōne ꝑdicta: cui non eſt ꝓ-
hibitū celebrare. quod dixi propter aliquos re
ligioſos q̇bus ſecundū ſtatuta ſue religionis in
hibet̄ ꝙ non celebrēt q̄diu ſunt in aliq̇bus pe
nitētiis pro q̇buſdā peccatis preteritis Sed
nunq̇d angelꝰ pōt eſſe miniſter huius ſacramē-
ti/id eſt nūquid angelus pōt miniſtrare ſeu cō-
ſecrare? Dicēdū eſt ꝙ angelus neqꝫ bonus/ne
qꝫ malus pōt celebrare vel conſecrare. q2 non
eſt ſuſceptibilis caracteris ſacerdotalis. Ordo
enī ꝑſupponit caracterē baptiſmalē. vnde nul-
lus pōt ordinari in ſacerdotē: niſi ſit baptiſatꝰ.
Arguūt ergo doctores ſic: nullus poteſt ſuſcipe
caracterem ſacerdotalē niſi fuerit baptiſatus. ſꝫ
angelus non pōt baptiſari. q2 oportet ꝙ ille q̇
baptiſat̄ aſpregat̄ aqua. angelus aūt non pōt

aſpergi aqua/cū non ſit res corꝑea:ergo nō pōt
baptiſari/⁊ ꝑ conſequens non pōt in ſacerdotē
ordinari.Et ſi dicať ꝙ licet angelus non ſit res
corꝑea:tamen poteſt aſſumere corpus/et ſic in
illo corpore poterit baptiſari.Sicut anima rati
onalis non eſt res corꝑea : et tamē baptiſať in
corꝑe.Dicendū ꝙ non eſt ſimile.qꝛ aliter vniť
anima corpori ⁊ aliter angelus.qꝛ anima vniť
corꝑi vt forma materie.angelus aūt non vniť
ſic:ſed ſicut motor mobili.ideo anima baptiſato
corꝑe baptiſať: non aūt angelus.qꝛ aīa et cor-
pus faciunt vnū ſuppoſitū:non ſic angelus cum
corpore quod aſſumit.Et ideo ſecundū philoſo-
phū in ꝓhemio metaphiſice.Actioēs ſunt ſup-
poſitorū.aīa baptiſato corꝑe baptiſať : non aūt
angelus.⁊ ſic ꝑ conſequēs aīa pōt ſuſcipere ca-
racterē baptiſmalē: non aūt angelus quare an-
gelus conſecrare non pōt Sed q̄d ſi angelꝰ
preſentaret vnā hoſtiā dicendo eā eſſe cōſecra-
tam:nūquid illa hoſtia deberet adorari? Dicen
dū ꝙ ſi angelus malus preſentaret eā nō eſſet
adoranda:niſi conſtaret ꝓ certo ꝙ eſſet rite cō-
ſecrata.ſed ſi angelus bonus preſentaret eam:

eſſet adoꝛanda.Et ratio eſt .qꝛ angelus malus(
teſte ſaluatoꝛe)mendax eſt ⁊ pater mendacij/et
ſemꝑ nitit̃ decipere hoīez:quare nūq̄ debet ſi
bi credi.angelus aūt bonus eſt ſemper verax ⁊
veritatis alumnus/et ſemꝑ nititur ad hominis
ſaluationē:et ideo debet ſemꝑ ſibi credi. vnde(
quia vt dicit aplūs).Angelus malus ſepe tranſ
figurat ſe in angelū lucis:ideo ſemꝑ hoſtia ab
angelo pꝛeſentata eſt adoꝛanda ſub conditi=
one/ſcz ꝙ rite ſit conſecrata. niſi conſtaret pꝛo
certo ꝙ eſſet angelus bonus.

Ca.iij.de materia eucariſtie.

Materia ſacramēti miſſe eſt duplex.ſcz pa=
nis et vinū . Et ratio quare iſta duo ſunt
materia huius ſacramēti:eſt.qꝛ illud ſacramen
tū oꝛdinat̃ ad ſpūalem nutritionem.tunc autē ſi
cut nutritio coꝛꝑalis cōſiſtit in cibo et potu coꝛ=
poꝛalibus:et panis habet maxime rōnem cibi:
et vinū habet rōnem potus:ita nutritio hec ſpū
alis conſiſtit in cibo et potu ſpūalibus.ideo in
iſto ſacramēto dat̃ coꝛpus chꝛiſti ſub ſpecie pa
nis in cibum/et ſanguis chꝛiſti ſub ſpecie vini
in potū.Et ita dicit ipſemet chꝛiſtus iohan.vi.

Caro mea vere eſt cibus/et ſanguis meus vere eſt potus. Sciendū tamē eſt ꝙ panis q̇ eſt materia huius ſacramēti eſt panis de tritico aqua elementari cōfectꝰ. Dico panis: qꝛ in paſta non poſſet confici corpus xp̄i. Dico etiā de tritico. qꝛ in alio pane ſicut in pane de ſiligine/vel de ordeo/vel de quocūqꝫ alio grano niſi de tritico: non poſſet celebrari miſſa. Dico etiā confectus aqua elemētari. qꝛ dato ꝙ ſit confectus alia aqua: q̄uis eſſet de tritico/vel cū alio liquore ſicut cū vino/vel cū lacte/vel aqua roſacea/et ſic de alijs. vniuerſaliter niſi eſſet confectꝰ cū aqua ſimplici ex tali pane: non poſſet confici corpus xp̄i Sciendū etiā ꝙ ex precepto et vſu romane eccleſie q̄ domino diſponēte omniū eccleſiarū caput et mater eſt et magiſtra. de foro cōpetenti. ca. vlt. 1 ideo omēs eccleſie ſibi tanq̄ matri et magiſtre debent in omnibꝰ obedire. Panis de quo conficit̄ corpus xp̄i debet eſſe azimus. qꝛ licet ex vi ſacramenti in pane fermentato poſſꝫ confici corpus xp̄i: nihilominus qui in pane fermētato celebraret: peccaret mortaliter et eſſet grauiter puniendus Notandū inſup

ꝙ vinū quod eſt materia huius ſacramenti de-
bet eſſe vinū de vite. q2 in alio vino/ſicut in vi-
no malorū granatorū/vel mororū/vel pomorū/
vel in quocunq3 alio vino niſi in vino vitis: nō
poteſt celebrari Notandū conſequēter ꝙ in
aceto/vel in agreſta non poteſt celebrari. et in-
tellige de aceto quod omnino eſt acetū. quia in
vino aliquantulū acetoſo poſſet celebrari. licet
non deberet: ſi poſſet haberi aliud vinū. Et ra-
tio eſt. quia acetū non eſt eiuſdem ſpeciei cū vi-
no: cū habeat cōtrarias virtutes. In muſto ve-
ro poſſet celebrari: tamen credo ꝙ melius ē ex-
pectare ꝙ ſit bene defecatū: cū muſtum ratione
ſue limoſitatis vix poſſit bene euelli quin aliq̄d
de eo remaneat in vaſe. Ratio quare iſta duo
ſc3 panis de tritico/et vinū de vite ſunt magis
materia huius ſacramenti q̄ꝫ aliqua alia duo eſt
iſta potiſſima. quia xp̄us inſtituit ſacramentum
hoc in iſta materia celebrari. ſi enī in alia mate
ria inſtituiſſet: illa eſſet propria materia hui9 ſa
cramenti. ſed congruenter xp̄us in iſta materia
magis inſtituit illud ſacramentū celebrari q̄ꝫ ī
alia. q2 effectus corporales panis et vini maxi

me ſpūaliter cōueniunt huic ſacramento.panis
enī habet naturaliter confortare . Juxta illud
pſal.Panis cor hominis confirmet.vinū autē
habet letificare.iuxta illud eiuſdem.Vinū letifi-
cat cor hominis. Et iſtud ſacramentum digne
ſumptū:confortat ſumētem ſpiritualiter/ne in
via huius mundi deficiat.ideo vocatur viaticū
id eſt viatores confortans et letificans.Et ideo
vocatur eucariſtia ab eu quod eſt bonū:et ca-
ros quod eſt gratia: quaſi bona gratia/q̄ ſum-
me habentem letificat.Sicut enī panis ex mul
tis granis conficitur/et vinū ex multis racemis
confluit:ſic in perceptiōe corporis et ſanguinis
domini: chriſti fideles adinuicem ſpiritualiter
vniuntur.Ideo vocatur cōmunio a con quod ē
ſimul et vnio.quaſi ſimul vnio.Ipſe etiam chri-
ſtꝰ cōparauit ſe grano frumenti dicens iohā.
xij.Niſi granum frumēti cadens in terra mor-
tuum fuerit ꝛc.Comparauit ſe etiam viti dicēs
iohan.v.Ego ſum vitis vera. ideo ſacramentū
corporis et ſanguinis vino de vite/et in pane
de tritico conficitur. Sciendum eſt ꝙ licet a
qua non ſit de eſſentia materie huius ſacramen

ti:tamen debet ammiſceri vino in calice ſed mo
dica quantitate.quia aqua ſignat populū. Iux=
ta illud Iere.ca.ij. Aque multe populi multi..
ideo mixtio aque cū vino in calice:ſignat vnio=
nem ſpiritualem chriſti et populi:que ſit virtu=
te huius ſacramenti Sed nunquid ſacerdos
poſſet in quacunqȝ quantitate de iſta materia
conſecrare? Dicunt aliqui doctores ꝙ non: ſed
ſolum quantum ſufficeret ſibi et populo ſibi com
miſſo. Cuius ratio eſt.quia cum iſtud ſacramen
tum ordinetur ad vſum fidelium: ſacerdos non
poteſt plus conſecrare:niſi quantum ſufficit v=
ſui fidelium.. Alij doctores dicunt quod non eſt
determinata quantitas vltra quam ſacerdos
non poſſet conſecrare.immo in quacunqȝ quan=
titate preſentetur ſibi panis et vinum:in tanta
quantitate poſſet celebrare. Cum enim in for=
ma conſecratōnis ponatur illud pronomen hic
hec/hoc/demonſtratiuum: oportet ꝙ materia
conſecranda ſubijciatur oculis ſacerdotis. vn=
de dicunt ꝙ ſacerdos exiſtens in altari non po
teſt conſecrare totum panem et vinum qui eſt
in platea.vel totum vinum quod eſt in celario=

ſed totū panem et vinū quod ſibi offert̃ in qua-
cunqȝ quātitate poſſet conſecrare. Et ratio eſt.
qꝛ ſi pꝛima opinio eſſet vera ſequeret̃ ꝙ ſacer-
dos exiſtēs in deſerto nō poſſet tot hoſtias cōſe-
crare: quot poſſȝ vnus q̇ eſſet in vna magna ci
uitate. nec etiā ſacerdos ſimplex poſſet tot hoſti-
as conſecrare: quot poſſȝ ſacerdos curatus. que
omnia ſunt abſqȝ ratione dicta. Et reſpondent
ad rōnem eoꝛū. et dicunt ꝙ differētia eſt inter
iſtud ſacramentū et alia ſacramenta. quia eſſen-
tia alioꝛū ſacramentoꝛū conſiſtit in diſpenſatōe
ꝛ vſu materie: ſicut eſſentia baptiſmi conſiſtit in
aſperſione aque/et pꝛolatione foꝛme. et ita ē de
aliꝫs ſacramentis. ſed eſſentia ſacramenti eucari
ſtie conſiſtit in conſecratione materie et non in
vſu eius. qꝛ poſito ꝙ hoſtia conſecrata nunꝙ̄ ſu
meret̃: verū eſſet ſacramentū. Et ideo licet ſacer
dos non debeat conſecrare niſi tot hoſtias quot
ſibi et populo ſuo ſunt neceſſe: tamen ſi cōſecra-
ret mille milia: omēs eſſent conſecrate Solet
aūt circa iſtā materiā ab aliquibus talis moueri
queſtio. Si eſſent. xiiꝫ. hoſtie conſecrāde: ꝛ ſacer-
dos nō crederet eſſe niſi. xiꝫ. Nunq̇d omēs. xiiꝫ.

eſſent cōſecrate? Ad hoc reſpondet domin⁹ be-
rengarius archiepūs cōpoſtellanus magiſter ī
theologia pariſienſis in quodā quolibeto ſuo.
ꝙ aut iſte ſacerdos intendit conſecrare omnes
hoſtias q̄ ſunt ante ſe quotquot ſunt: tamen cre-
dit ꝙ non ſunt niſi.xij.et tunc dicit ꝙ omēs ſunt
conſecrate. Aut intendit conſecrare p̄ciſe.xij.et
non plures/et non determinat q̄ ſunt ille.xij.et
tūc dicit ꝙ nulla eſt cōſecrata.qꝛ cū quelibꝫ ſit
conſecrabilis/ita ꝙ non magis vna q̄ alia/et ſa
cerdos non magis ſe determinet ad iſtā q̄ ad
illā: qua rōne tu dices ꝙ iſta non eſt conſecrata:
eadē rōe ego dicam ꝙ nec illa. et ſic poterit di
ci de qualibet.quare neutra erit conſecrata. Vn
de quando ſacerdos habet conſecrare plures
hoſtias: non determinare ſe debet ad certū nu-
merū: ſed debet habere intentionē vt conſecret
quicquid eſt ante ſe.

¶ Ca.iiij.de forma eucariſtie/et conſecratiōis
ſanguinis.

Omniū ſacramētorū forme conſiſtūt ī ver-
bis certis et determinatis.et ideo forma
ſacramenti eucariſtie in aliq̄bus verbis limita-

tis conſiſtit. Ad ſciendū aūt in quibus verbis forma iſtius ſacramenti conſiſtit. Notandum ꝙ in miſſa ſunt quedā verba que ſunt de ſollenni-tate tantū/et quedā ſunt q̄ de neceſſitate requi-runt̄. Verba q̄ ſunt de ſollēnitate ſunt illa q̄ ſolū faciunt ad ornatū et quendā decorē miſſe. ſicut proſe/gloria in excelſis deo. et quidā verſus q̄ dicunt̄ infra ſanctus/et agnus dei. et iſta nihil faciunt ad eſſentiā miſſe. immo credo ꝙ quādo debet eſſe ſermo: debent dimitti totaliter melo-die/vel adminus abbreuiari. quia plus ꝓficit ſermo q̄ꝫ talia carmina: cū iſta mulceant aures corporis: et ſermo mediceṫ languores cordis. Verba que ſunt de neceſſitate ſunt illa q̄ dire-cte ſunt de officio miſſe. Notandū tamen ꝙ duplex eſt neceſſitas. qꝛ q̄dam eſt neceſſitas ſa-cramēti/ꝛ q̄dam precepti. In miſſa ergo q̄dam ſunt verba de nccītate ſacramēti: ꝛ q̄dam de ne-ceſſitate p̄cepti. de nccītate precepti ſunt oīa il-la verba q̄ a btō petro apoſtolo/ꝛ ab alijs ſum-mis pontificibus ſucceſſoribꝰ ſuis fuerūt inſtitu-ta dici in miſſa. De nccītate aūt ſacramenti ſunt illa que xp̄s in cena protulit: quādo iſtud ſacra-

mentū inſtituit.Et eſt differentia inter iſta ver=
ba.quia ſi q̇s dimitteret verba q̄ ſunt tantū de
neceſſitate precepti/⁊ diceret illa q̄ ſunt de ne=
ceſſitate ſacramēti/⁊ haberet intentionē cōſecrā
di:cōſecraret.tamē mortaliſſime peccaret/⁊ eſſet
grauiter puniendus.Si aūt diceret omnia ver
ba de nccitate p̄cepti:et dimitteret illa q̄ ſunt
de nccitate ſacramēti:quātūcunqʒ intēderet cō
ſecrare:tamē non conſecraret.Cū ergo ſecundū
philoſophū forma ſit que dat eſſe rei/⁊ ſine qua
res eſſe non pōt:manifeſtū eſt ꝙ illa ſola verba
q̄ ſunt de neceſſitate ſacramēti:ſunt forma huiꝰ
ſacramēti.Iſta aūt verba quātū ad formā conſe
crationis corporis xp̄i ſunt hec/hoc eſt enī cor=
pus meū. Sciendū aūt quod hec dictio enī
non eſt de nccitate ſacramēti.qꝛ poſito quod ali
q̇s ſacerdos cū intentōe conſecrādi ꝓferret iſta
verba:hoc eſt corpus meuʒ/et non diceret enī:
vere cōſecraret Utrū aūt oporteat ꝙ p̄cedāt
aliqua verba q̄ ſunt de integritate forme?No=
tandū quod doctor ſubtilis in quarto ſuo dicit:
quod oīa illa verba ab illo loco.q̇ pridie incluſi
ue/vſqʒ ad illum locū/ſimili modo ⁊c.excluſiue

78

ſunt neceſſaria ad formā conſecrationis corpis xpi. Et ratio ſua eſt. qꝛ ſacerdos conſecrās pro⸗fert verba conſecratōis in pſona xpi. oportet er go ꝙ verba conſecrationis p̄cedant aliqua ver ba per q̄ demonſtret̄ ꝙ ſacerdos loquit̄ in per ſona xpi. Illa aūt ſunt iſta verba. qui pridie ꝙ̄ pateretur ꝛc. ergo de neceſſitate oportet ꝙ illa verba precedāt. Et iſtud declarat ipſe per tale exemplū. Si aliq̇s diceret/dico ieſum xp̄m mi⸗niſtrū fuiſſe circūciſionis: incertū eſſet vtrū illud verbū dictū fuiſſet a beato paulo. ſed ſi diceret paulus dicit: dico ieſum xp̄m ꝛc. tūc eſſet cunctis audientibus certū ꝙ illud verbū eſſȝ dictū a be ato paulo. Similiter in ꝓpoſito. ad hoc ꝙ deno tet̄ ꝙ ſacerdos dicat iſta verba/ſcȝ hoc eſt enī corpus meū in pſona xpi: oportet ꝙ precedant aliqua alia verba: per q̄ det̄ intelligi ꝙ xp̄s di cit iſta verba. hoc eſt enī corpus meū iſta autē verba ſunt illa/puta. Qui pridie ꝛc. Alij autē doctores dicunt (vt dictū eſt) ꝙ duplex eſt neceſ ſitas/ſcȝ ſacramenti ꝛ precepti. Dicūt ergo ꝙ de neceſſitate ſacramēti ſunt tantū iſta quatuor verba hoc eſt corpus meū. qꝛ cū iſtis quatuor

verbis fieret conſecratio:ſi ſacerdos diceret ea cū intentione cōſecrādi.omnia aūt alia ſunt tā-tum de nccītate precepti.qꝛ licet omittens ali, quid eorū mortaliter peccet:tamē cōſecraret.Et reſpondēt ad rōnē ſuā quādo dicit ꝙ ſacerdos conſecrās loq̇tur in ꝑſona xp̄i.ꝛ ideo oportet ꝙ̄ dicat aliqua verba per q̄ denotet̄ ꝙ loq̇tur in ꝑ ſona chriſti.dicūt ꝙ de nccītate ſacramēti non requiritur:ſed ſufficit intentio ſacerdotis inten-dentis loqui ī perſona chriſti.Et ꝓpterea iſta verba hoc eſt corpus meū:ſatis oſtendūt ꝙ ſa-cerdos non loq̇tur in perſona chriſti.qꝛ nullus credit ꝙ ſacerdos velit dicere ꝙ iſtud eſt ſuū ꝓ priū corpus ſed loquit̄ in ꝑſona chriſti cuius ē illud corpus.Dicendū ergo ꝙ̄ forma cōſecrati onis corporis chriſti conſiſtit preciſe in his ver bis.hoc eſt enī corpus meū.De hoc aūt quod demonſtrat illud pronomē demonſtratiuū hoc. dixerunt aliqui doctores ꝙ iſtud ꝓnomen hoc demonſtrat corpus chriſti.alij aūt dicunt ꝙ nō ſed ſubſtantiā panis.Sed iſtud(ſalua reuerētia dicentiū)non eſt verū/et arguo ſic contra eos. Secundū ſententiam omniū doctorū/et ſecun-

dum veritatem verba ſacramentalia efficiunt il
lud quod ſignificāt.ſed verba predicta/ſcʒ hoc
eſt enim corpus meū non efficiūt quod corpus
chriſti ſit corpus xp̄i verū.qꝛ anteꝙ̄ iſta verba
ꝓferant̄ corpus chriſti erat corpus chriſti.nec
efficiūt etiā ꝙ panis ſit corpus chriſti.qꝛ iſta ē
falſa:ſubſtantia panis eſt corpus chriſti: ergo
iſtud pronomē hoc non demonſtrat corpus xp̄i
nec ſubſtātiam panis.Et propter hoc dicūt aliq̇
alij ꝙ iſtud ꝓnomen hoc nihil demonſtrat.qꝛ
verba dicūt̄ recitatiue a ſacerdote.ꝛ ideo iſtud
pronomē hoc non tenet̄ demonſtratiue: ſʒ ma-
terialiter tantū.Sed iſtud nihil eſt dictu . quia
non tollit difficultatē.quoniā licet iſta verba di-
cantur mō recitatiuo a ſacerdote conſecrante ta
men xp̄s conſecrans in die cene non dixit iſta
verba recitatiue.ꝛ ideo quādo dixit iſta verba
iſtud ꝓnomen hoc aliq̇d demonſtrabat.et ideo
quero q̇d tūc demonſtrabat.ꝛ ſic remanet eadē
difficultas q̄ prius. Ideo dicunt aliq̇ ꝙ iſtud ꝓ-
nomen hoc nihil demonſtrat determinatū:ſʒ de
monſtrat aliq̇d indeterminatū.vnde quando di
cit̄ hoc eſt eni corpus meū in ꝑſona chriſti:op-

te t ꝙ precedāt aliqua verba per q̄ detur intelli
gi ꝙ chriſtus dixit hec verba. hoc eſt enī cor-
pus meū. ⁊ eſt ſenſus. ꝙ hoc quod continet̄ ſub
illis ſpecieb⁹ quicq̇d ſit illud eſt corpus chriſti
Et ſi obijciatur ꝙ illud quod continet̄ ſub illis
ſpeciebus pro toto tp̄e quo dicūtur verba eſt pa
nis: q2 corpus chriſti nō incipit ibi eſſe niſi poſt
prolationē vltime ſillabe/ ſcȝ um. ergo ſi quādo
dicitur hoc eſt: ſit ſenſus ꝙ illud quod continet̄
ſub illis ſpēbus ſit corpus ⁊ p̄terit ſenſus ꝙ pa-
nis erit corpus. quod eſt falſuȝ. Dicendū ꝙ iſta
propoſitio hoc eſt enī corpus meū: ſicut et queli
bet alia donec proferatur non eſt perfecta/ nec
ꝑfectum ſenſum generat in aīo auditoris: ideo
non eſt iudicandū de eius veritate quouſqȝ ſit
tota prolata. Conſtat autem ſecundum fidem ꝙ
iſtud quod continetur ſub iſtis ſpēbus poſt pro-
lationē vltime ſillabe eſt corpus chriſti. Ideo
vere dicitur ꝙ iſtud pronomen hoc demonſtrat
illud quod continetur ſub iſtis ſpeciebus quod-
cunqȝ ſit illud. Et hec de forma conſecrattonis
corporis.

Sequitur de forma conſecratiōis ſanguinis

Circa formã conſecrationis ſanguinis xpi
ſciendũ eſt in q̇bus verbis conſiſtit. Illius eni ē
duplex opinio. Nã ſanctus tho. de aquino ⁊ ſui
ſequaces dicũt ꝙ forma conſecratõis ſanguinis
cõſiſtit in his verbis. Hic eſt enī calix ſanguĩs
mei noui ⁊ eterni teſtamēti/miſteriũ fidei q̇ ꝓ
vobis ⁊ pro multis effundet̃ ĩ remiſſionē pctõ-
rũ. Ita ꝙ oia iſta verba ſunt de eſſentia forme
et q̇s aliquod iſtorũ dimitteret: nihil faceret. Et
rõ eſt. qꝛ de eſſentia ⁊ integritate alicuiꝰ ꝓpoſi
tionis non ſolũ ſunt ſubiectũ ⁊ predicatũ: ſꝫ etiã
ea q̄ ſunt determinatiões ſubiecti ⁊ ꝑdicati. ſed
iſta verba noui ⁊ eterni: vſqꝫ pctõrũ ſunt deter-
minatiões iſtius p̄dicati: hic eſt calix ſanguinis
mei. quare oia ſunt de eſſentia forme. Magiſter
aũt henricꝰ de gãdauo ⁊ ſui ſequaces dicũt ꝙ ĩ
iſtis verbis tantũ hic ē calix ſanguĩs mei cõſi-
ſtit forma cõſecrationis ſanguĩs. ⁊ tũc iſtis ver
bis dictis ſtatĩ ē ibi ſanguis xpi. alia aũt verba
q̄ ſequũt̃/ſcꝫ noui ⁊ eterni teſtamēti ⁊c. nõ ſunt ſe
cũdũ iſtos de eſſentia forme/nec de nccitate ſa
cramēti: ſꝫ ſolũ de nccitate p̄cepti. vnde q̇ dimit
terꝫ aliquod iſtorũ verborũ/puta noui ⁊ etñi.

licet grauiter peccaret:tamē vere conſecraret. Et rō iſtorū ē iſta. qꝛ per formas ſacramētales non importāt de neccitate ſacramenti niſi illud quod efficiunt. ſed eſſentia ſanguinis xp̄i in iſto ſacramento directe et explicite ſignificat̄ p̱ iſta verba:ergo preciſe in iſtis verbis conſiſtit forma conſecratōis ſanguinis xp̄i. Que iſtarū opinionū ſit verior:fateor me neſcire Primā tamē reputo ſecuriorē. et ad eā confirmandā adducit frater bernardus de gueraco quondā electus claromontenſis/baccalarius pariſienſis in theologia in correctorio ſuo contra magiſtrū henricum talia duo ſigna. Primū eſt ꝙ ſacerdos non oſtendit populo ſanguinē xp̄i in miſſa ad adorandū quouſqꝫ cōpleuerit omnia verba p̄dicta ſcꝫ hic eſt calix:vſqꝫ ad remiſſionē peccatorū. Et ſtatim dictis his verbis eleuat calicē oſtendens ſanguinē xp̄i populo ad adorandū in ſignū ꝙ tūc cōpleta eſt conſecratio ſanguinis ꝛ nō ante. Secundū ſignū eſt ꝙ btūs ambroſius qui eſt vnus de quatuor doctoribus principalibꝰ ecclīe in miſſali ſuo ſcripſit omnia iſta verba litteris aureis/ꝛ generaliter formas omniū ſacra

mentoꝛū.ergo de intentiōe beati ambꝛoſii fuit
ꝙ omnia verba p̄dicta eſſent de foꝛma conſecra
tionis ſanguinis. Judicio etiā meo paruo illud
videt̄ eſſe de intētione illius decretalis. Cum
marthe.extra de cele.miſſarū. Caſus enī decre
talis eſt iſte. Quidā epūs attendens ⁊ vidēs ꝙ
in nullo euangelioꝛū inuenit̄ ꝙ aliq̇s euāgeli=
ſtarū poſuerit iſta verba miſteriū fidei/mirabat̄
quis fuerit tāte audatie ꝙ fuerit auſus verbis
ſacramētalibus interponere iſta verba. Et ſup̱
hoc conſuluit dominū papā. Et conſtat ꝙ inten=
tio ſua erat ꝙ iſtud eſſet de integritate foꝛme:
alias queſtio ſua eſſet nulla.qꝛ eodē mō poſſet
querere de quolibꝫ verbo totiꝰ canonis. Et pa
pa non rep̄hendit eū de q̄ſtione illa:immo com
mendat ergo videt̄ ꝙ omnia illa verba ſint de
integritate foꝛme. Et quicq̇d ſit de veritate iſta
rum opinionū:neſcio.conſulo tamen cuilibet ce
lebrāti ꝙ dicat omnia verba pꝛedicta ſub vno
contextu.⁊ cū actuali intētione(quantū poterit)
conſecrandi Sciēdū aūt ꝙ per iſta verba iſti
us foꝛme tangunt̄ quattuoꝛ beneficia q̄ recepi=
mus a paſſione chꝛiſti.cuius paſſionis iſtud ſa=

cramentū eſt rememoratiuū. Iuxta verbum a-
poſtoli ad corin.ca.xi. Quotienſcūqz manduca
bitis panem hunc/et calicē bibetis ⁊c. Pri
mus effectꝰ ſiue primū beneficiū paſſionis xp̄i
eſt:ꝙ ꝑ ipſam ſumus a poteſtate demonis libe
rati.Et iſtud tangit̃ in forma ſacramenti cū di
citur:hic eſt calix ſanguinis mei.Sicut enim o
lim filij iſrahel fuerūt de ptāte ⁊ ſeruitute pha-
raonis liberati per ſanguinem agni paſchalis:
ſic populus fidelis eſt de ptāte demonis libera-
tus ꝑ ſanguinē xp̄i/ſecundū ꝙ confitet̃ iohēs
in apoca. ca.v.dicens de xp̄o . Redemiſti nos
deus in ſanguine tuo Secūdus effectus ſiue
beneficiū quod recepimus a paſſione xp̄i eſt:ꝙ
ꝑ ipſam ſumus celeſtis glorie heredes effecti.
et iſtud tangit̃ in forma iſta cū dicit̃:noui ⁊ eter
ni teſtamenti.Sicut enī pater condens teſtamē
tū filios heredes conſtituit:ſic chriſtus nouū te
ſtamentū ordinans/conſtituit nos heredes glo
rie paradiſi.Et iſtud teſtamentū fuit in ſua paſſi
one ordinatum atqz confirmatū.quia teſtamen
tū morte teſtatoris confirmat̃.vt dicit apoſtolꝰ
paulus ca.ix . Et hoc eſt quod ponit in eadem

epiſtola dicens de xp̄o Noui teſtamenti medi-
ator eſt/vt morte interueniēte : repromiſſionē
accipiant qui vocati ſunt eterne hereditatis.
Sciendū aūt ꝙ lex euāgelica dicit̄ nouū ⁊ eter
nū teſtamentū. ad differentiā legis moſaice:q̄
fuit vetus teſtamentū ⁊ tranſitoriū. Et dicit̄ no-
uū:qꝛ noua promittit/ſcꝫ bona celeſtia q̄ nunq̄
legunt̄ promiſſa fuiſſe in veteri teſtamēto:ſed
ſolū tp̄alia.⁊ ideo qꝛ bona temp̄alia tranſitoria
ſunt:ideo teſtamentū vetus fuit tranſitoriū.et
qꝛ bona celeſtia eterna ſunt:ideo teſtamentum
nouū dicit̄ eternū. Dicit̄ etiā nouū:quia nouo
modo fuit inſtitutuꝫ/ſcꝫ a ſanguine xpiſti. Lex
enī moſaica fuit inſtituta cū ſanguine animaliū
ſecundū ꝙ legitur et recitat apoſtolus in epiſto
la ad heb.ix.ca.dicens.ꝙ poſtq̄ moiſes ſcripſit
legē in libro/et legeret corā omni populo:aſp-
ſit librū ſuū et populū ſanguine vitulorū et hir-
corū dicens. Hic eſt ſanguis teſtamenti ⁊c. Sꝫ
lex euangelica fuit inſtituta mediante ſanguine
xpiſti.ſecundū ꝙ dicit ipſemet xp̄us luce.xxij.
ca. Hic calix noui teſtamēti eſt in meo ſanguine
et iſtā rationem tangit apoſtolus ad hebreos

ix.ca.dicens. Non eni ꝑ ſanguinē vitulorū et
hircorū:ſed ꝑ propriū ſanguinē introiuit ſemel
in ſancta eterna redemptione inuenta . et ideo
noui teſtamenti mediator eſt. Tertius effec=
tus ſiue tertiū beneficiū quod ꝑ paſſionē xp̄i ac
cepimus eſt:ꝙ ꝑ ipſam ſumus de fide catholica
informati. Et iſtud tangit̄ in forma iſtius ſan=
ctiſſimi ſacramenti:cū dicitur miſteriū fidei. Si=
cut eni(ſecundū ꝙ dicit ambroſius in libro qui
vocatur exameron) Sanguis extractus de ſub
ala dextra columbe valet ad illuminandū ocu=
los corporales:ita ſanguis xpriſti q̊ exiit de la
tere eius dextro pendentis in cruce:valet ad il
luminandū ſpūales oculos anime/ad credendū
ea q̄ ſuut fidei. Et in huius figurā velū templi
quod occultabat ea q̄ erant infra ſancta ſancto=
rū fuit in paſſione chriſti ſciſſum:in ſignū ꝙ ea
q̄ erant occultata et velata ſub vmbra legis/ac
prophetarum:fuerunt manifeſta et reſerata
Quartus effectus ſiue beneficiū quod ꝑ paſſionē
xpriſti accepimus eſt:ꝙ ſumus ꝑ ipſam a pecca
tis emundati.et hoc tangit̄ in forma iſta cū di=
cit̄:in remiſſionem peccatorū. Et de hoc loqui=

tur beatus iohēs euāgeliſta in apoc.ca.iiij.di-
cens. Dilexit nos et lauit nos a peccatis nrīs
in ſanguine ſuo. Ex his patet ꝙ forma cōſecra-
tionis corꝑis chriſti preciſe conſiſtit in his ver
bis. hoc eſt enī corpus meū. mathei. xxvi. mar.
iiij. luc. xxij. iohan. xix. ca. Forma aūt conſecrati-
onis ſanguinis chriſti conſiſtit in his verbis.
Hic eſt calix ſanguinis mei noui et eterni teſta
menti: miſteriū fidei q̇ pro vobis et pro multis
effundet in remiſſionē pctōrum. Unde cū omīa
iſta verba canonis debeāt dici cū magna reue
rentia cōtritione/deuotōe/et mentis recollectio
ne: iſta verba ſpecialiter cū ſumma deuotione ꝛ
actuali intentione quantū poſſibile eſt debent
dici Et ſi aliq̇s querat vel dubitet quare ī for
ma conſecrationis ſanguinis non dicit: hic eſt
ſanguis meus ꝛc. ſicut in forma conſecrationis
corporis dicit: hoc eſt corpus meū. Poteſt di-
ci ꝙ cauſa hmōi eſt. quoniā hoc ſacramētū ordi-
nat ad vſum fideliū qui vſus eſt ſpūalis ꝛ ſacra
mentalis manducatio quātū ad corpus/et ſacra
mentalis ac ſpūalis potus quantū ad ſanguinē
et q̇a hoīēs magis abhorrēt bibere ſanguinez

ꝙ comedere carnes:ideo ad remouendū hor⸗
rorē non dicit̃ in forma cōſecrationis ſanguīs:
hic eſt ſanguis meus ſicut dicit̃ in forma conſe
crationis corꝑis xp̄i:hoc eſt corpus meū.Et eſt
ibi q̄dam figura quā grāmatici vocāt methono
miā/ſcꝫ quando continēs ponit̃ ꝓ contēto.ſicut
quando dicit̃.bibatis illud vas vini q̇a non eſt
ſenſus ꝙ hō bibat vas:ſed ꝙ bibat vinū quod
eſt in vaſe Similiter quādo dicit̃ hic ē calix ſan
guinis mei nō eſt ſenſus ꝙ virtute verborū ſit
ibi calix q̇a antea erat:ſed ꝙ ibi ſit ſanguis xp̄i
Sed aliq̇s dubitaret quare in forma cōſecra
tionis corꝑis chriſti nō dicit̃ hoc ē corpus meū
quod ꝓ vobis tradet̃/ſicut dicitur in forma con
ſecratōis ſanguīs:q̇ ꝓ vobis effundetur cū ita
bene fuerit corpus traditū pro nobis:ſicut ſan⸗
guis effuſus.Ad hoc ē dicendū ꝙ iſtud ſacra⸗
mentum eſt rememoratiuū paſſionis et mortis
chriſti.Ita dicit apoſtolꝰ.i.corin.xi.ca.Quotiēſ
cūqꝫ mādu cabitis panē hunc ⁊ calicē bibetis/
mortē domini annūciabitis donec veniat dies
ſcꝫ iudicij.Chriſtus etiā hoc ſacramentū inſtitu
ens dicit.luce.xxij.Quotienſcūqꝫ ſumetis:hoc

facite in meā cōmemorationem/hoc ē in memoriā mee paſſionis.paſſio aūt et mors chriſti melius repreſentat̄ p effuſionē ſanguinis:q̄ p traditionem corpis/ideo dicit̄ in forma conſecrationis ſanguinis q̄ p vobis effundet̄ in remiſſionē peccatorū/ꝛ non dicit̄ in forma conſecrationis corpis:q̄ pro vobis tradet̄ Notandum etiā q licz ex virtute verborū forme conſecrationis corpis ſub ſpecie panis fit tantū corpꝰ xpi et virtute verborū conſecratiōis ſanguinis ſub ſpē vini fit tantū ſanguis xpriſti:tamen ex quadā naturali concomitantia ſub vtraqz ſpecie eſt totus chriſtus verus deus/et verus homo. Ita dicit̄ in proſa de corpe chriſti vbi dicit̄. Caro cibus/ſanguis potus/manet tamen chriſtus totus ſub vtraqz ſpecie.

Ca.v.in quo loco debeat celebrari miſſa

Eſtatur omniū philoſophorū ſnīa q mirabilis eſt influentia loci pprij. et reuera eſt mirabilis intātum q rem mutat/ꝛ alterat a ſua natura.ſicut narrat philoſophus in libro de plātis de pomis perſie dictis a perſia vbi primitus inuenta fuerunt.nā ea que naſcuntur ibi

comeſta interficiūt.ea aūt q̄ naſcūtur apud nos:
ſunt ad comedendum ſuauia ⁊ iocunda.Ex quo
patet manifeſte quantū facit locus ad mutatio-
neꝫ rei.Et propter hoc fuit preceptū filijs iſra-
hel in li.numeri ca.v.ꝙ non offerrēt ſacrificiuꝫ
niſi in loco quē dominus elegiſſet.Si enī ſacrifi
ciū iſrahelíticū quod de carnibus hircorū/vitu
lorū/agnorū fiebat:offerri non debebat niſi in
loco ſancto et mundo:quātomagis ſacrificiū ca
tholicū in quo chriſtus verus deus/et verꝰ ho
mo offertur:non debet fieri niſi in loco ſancto ⁊
mundo.vnde locus in quo debet miſſa regula-
riter celebrari:eſt eccleſia.et ita ponit auguſti-
nus dicens.Extra eccleſiā non eſt locus veri ſa
crificij.Et dico regulariter:quia in aliq̄bus ca-
ſibus poteſt miſſa celebrari extra eccleſiam.
Notandum ꝙ quo ad nunc:eccleſia poteſt capi
duobus modis.Vno modo eccleſia idem eſt ꝙ
congregatio fideliū q̇ congregantur in fide et
caritate.et ita accepit auguſt.eceleſiā quādo di
citur quod extra eccleſiā/id eſt extra fidē eccl'ie
non eſt locus veri ſacrificij.Alio mō eccleſia idē
eſt quod ipſa domus materialis in qua dicunt

hore et miſſe.et extra eccleſiā ſic dictā poteſt a
liquibus caſibus miſſa celebrari.ſicut in hone=
ſto exercitu.vel quādo ad aliquā feſtiuitatē/vel
ad inuocationē alicuius ſancti/vel obſequiū ali
cuius defuncti/vel ad aliquā miſſam nouā/vel
ad aliquod aliud tale cōuenit multitudo mag=
na populi et eccleſia eſt parua/ita ꝙ non poſſit
ibi recipi populus:pōt in cimiterio/vel ī aliqua
alia platea honeſta et munda erigi altare.ꝛ de
bet ibi decēter aptari ne puluis/vel flatus ven
ti/vel aliquod tale poſſit offendiculum inferre.
De licentia etiā dioceſani epiſcopi propter ali
quā nccītateꝫ poteſt miſſa celebrari in domo ali
cuius in aliqua parte apta ad hoc. ita tamē ꝙ
ſuꝑ altare portatile ponāt/deſuper aliquā tabu
lam lapideā alicui ſtipiti annexā/benedictā ab
epiſcopo.Et iſta tabula debꝫ eſſe integra.quia
ſi eſſet fracta nō deberet ibi miſſa celebrari. nec
etiā ſi eſſet a ſtipite āmota/immo peccarēt q̇ ibi
celebrarent.Et iſta etiaꝫ tabula debet lapidea
eſſe/ꝛ non de aliqua alia materia.Et huius rō ē
vna/quia chriſtus q̇ immolat̄ ibi: vocat̄ petra.
vnde dicit aplūs.i.ad corin.x.Petra aūt erat

chriſtus. Alia cauſa eſt. quia ſepulchrū chriſti
quod repreſentat altare fuit exciſum de petra.
vt dicit euangeliſta marcus. Et propter eandē
rationez corporalia debent eſſe linea/et nō de
aliqua alia materia. quia chriſtus in illo monu
mento fuit inuolutus in ſindone munda/id eſt ī
lino candidiſſimo. et corporalia ſignant illa lin
theamina in quibus chriſtus mortuus fuit in-
uolutus. Calix etiaz non debet eſſe de vitro. qꝛ
de facili poſſet frangi. nec de ligno. quia lignū
poroſum eſt/et in poris poſſet ſanguis ſubintra
re. nec de calibe/nec de cupro/nec de aurical-
co. quia inducunt faſtidium. et eſſet periculum
de vomitu. poteſt aūt fieri de auro/argento/et
de ſtanno. Sciendū aūt ꝙ quando altare eſt
totum conſecratū ſeu benedictum: non oportet
ꝙ ſit ibi tabula alia. Notandum etiam ꝙ altare
ſiue ſit in eccleſia/ſiue extra eccleſiaz ſemper de
bet erigi verſus orientem. ita ꝙ ille qui dicit
miſſam habeat faciē ad orientē. Et ratio eſt. qꝛ
chriſtꝰ vocat̄ oriens. lu. i. Viſitauit nos oriens
ex alto. Et de ipſo chriſto cantat eccleſia. O ori-
ens ſplendor lucis eterne. Alia cauſa eſt. quia

ſecundū quod dicūt philoſophi pars oriētalis
eſt dextra pars celi.ſecūdū aūt ꝙ dicit xp̄s ma.
xxv.c.Deꝰ ſtatuet bonos a dextris.Ut ergo ī
iudicio mereamur poni a dextris:debemus ora
re verſus orientem.et qꝛ principalior oratio eſt
miſſa ideo ille q̇ dicit miſſā:debꝫ hrē faciē ver=
ſus orientē.Quod aūt eccleſia ī qua dicit̄ miſſa
ſit conſecrata vel non:nihil facit ad miſſam/licꝫ
ꝙtum ad ſollēnitatem miſſe ſemper ſi poſſibile
eſt debet dici in eccleſia cōſecrata.cū ſit multuꝫ
honorificū et vtile eccleſiā eſſe conſecratā quia
quando aliq̇s intrat eccleſiā conſecratā cauſa o=
rationis:remittuntur ſibi peccata venialia.
Sciendū aūt quod in naui nunq̄ debet miſſa ce
lebrari/ꝓpter periculū effuſionis ſanguinis.in
eccl̄ia aūt ſanguinis/vel ſeminis effuſione pol=
luta:non debet miſſa celebrari.Et ſi aliquis ibi
celebraret:peccaret mortaliter/non tamen ex
hoc efficeretur irregularis.ſicut fuit declaratū
per dominū bonifaciū octauū.extra de ſentētia
excōi.ca.i.Is qui.li.vi.Si etiā eccl̄ia eſſet pre
dicto modo polluta:non poſſet in cimiterio ſibi
contiguo celebrari.qꝛ quādo eccl̄ia eſt polluta

cimiterium ſibi contiguū ſimiliter eſt pollutum ſed ſi cimiteriū ſit pollutū:non oportet ꝙ eccl'ia ſibi contigua ſit polluta:cū principale trahat annexū:et non annexū principale.vt habet̄ extra de conſe.eccleſie vel altaris.ca. ſi eccleſiam li.vi.Unde ſicut in cimiterio contiguo eccleſie pollute non debet aliquis celebrare.nec etiam debet aliquis ibi ſepeliri.Secus eſſet ſi cimiteriū non eſſet contiguū eccleſie.qr poſito ꝙ eccleſia eſſet polluta:cimiteriū tamen non contiguū ipſi eccleſie non eſſet pollutū.vtraqꝫ in ca.preallegato ¶ Tempore etiā interdicti non debet dicere alta voce/nec ianuis aptis miſſa.nec etiaꝫ alie hore in eccleſia niſi in quatuor feſtiuitatibus/ſcꝫ in die natalis domini/i die reſurrectionis/in die penthecoſtes/et in die aſſumptiōis beate virginis marie.Ne aūt ecclie fraudēt̄ ſeruitijs ſuis debitis:et ne diuinū officiū negligatur:et fideliū deuotio minuat̄:et indeuotio infideliū augeatur:tempore cuiuſcunqꝫ interdicti ianuis clauſis excōicatis et interdictis excluſis campanis etiā non pulſatis/debet miſſa et totū reliquū diuinum officium tam diurnū ꝙ noctur

nū dici ſubmiſſia voce in eccleſia:ita ꝙ non poſſit audiri ab his qui ſunt extra.Omnia iſta habent͞ extra de ſententia excōicationis et interdicti ca.alma mater.li.vi.et q̇ contrariū fecerit eſt irregularis et ineligibilis.nec etiā ipſe pōt eligere/nec poteſt abſolui:niſi ī caſu mortis tātū niſi ꝑ ſedem apoſtolicā.vt habetur extra de ſentencia excōica.ca.Is q̇ in eccleſia.li.vi.Aliquo etiā excōicato preſente:nullus debet celebrare miſſam in eccleſia/nec alibi:alioquī peccaret mortaliter.et vltra hoc eſſet ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſie.nec poſſet abſolui niſi ab illo q̇ tulit ſententiaꝫ excōicationis.vt habetur extra de priuilegiis.ca.epōrum.li.vi.Et non debet iſtud contempni.qꝛ ſi ſic ſuſpenſus celebraret:eſſet irregularis.vt habetur expreſſe extra de ſenten.excōi.ca.Si cui.libro ſexto.

¶ Ca.vi.de temꝑe quo celebratur miſſa

T dicit ſalomon.Omnia tempus habent et hoc rationabiliter.Res enī penes varietatem temporum maximā requirunt immutationem.Quod euidentiſſime apparet in lactuca: que cū tempore ſue iuuentutis frigide et humi

de ſit nature feruoriſq̨ ſanguinis et colere eſt extinctiua. et quando frondeſcit: in humorē cō uertitur calidum/et ſiccum/ꝛ amarū quod obeſt colericis ꝛ ſuꝑ calefactis. Ex quo liq̄de apparet quantū res penes mutationem temporū mutā tur et alterantur. Quod ſatis pulchre fuit figuratum exodi. xvi. ca. vbi legitur ꝙ manna collectum tempore debito erat habens omne delectamentū/et omnem ſaporem ſuauitatis. quādo aūt non colligebatur tempe debito/ſcꝫ in die ſabbati cōputreſcebat/ꝛ vermibus ſcatuiebat Illud erat figura corporis chriſti/ſicut dicitur in legenda corporis chriſti. vbi dicit̄ huius ſacramenti figura preceſſit: quando pluit domin⁹ manna patribus in deſerto. ſicut ergo māna nō debebat colligi niſi tempore debito: ita iſtud ſacratiſſimum ſacrificium non debet offerri niſi tēpore debito. Sciendum ergo ꝙ miſſa debet celebrari de die et non de nocte: niſi in feſto natiuitatis chriſti in quo miſſa celebratur media nocte. quia illa hora fuit natus chriſtus. De hoc tamen magis infra dicetur. Antiquitus etiam dicebatur miſſa de nocte in vigilia reſur

r̄ectionis domini.vnde in oratione miſſe adhuc
dicitur.Deus qui hanc ſacratiſſimam noctē ꝛc.
Ratio quare miſſa de die dicitur et non de nocte
eſt vna.quia in miſſa rememorat̃ paſſio chriſti
que fuit de die et non de nocte.Alia ratio eſt.
quia per noctē ſtatus peccati:ꝑ diem ſtatus gra
tie figuratur.vnde dicit gloſa ſuꝑ illud apoſtoli
ad roma.xiij.ca.Abiciamus opera tenebrarū
id eſt peccata:et induamur arma lucis/id ē vir
tutes q̄ ſunt arma gratie.Ad figurandū ergo
ꝙ ille qui dicit miſſam debet eſſe in ſtatu gratie
et ſine peccato:ideo dicitur miſſa de die et non
de nocte. Qua aūt hora debꝫ dici miſſa.No
tandū ꝙ tres ſunt hore principales quibus de-
bet miſſa celebrari.ſcꝫ tertia/ſexta/et nona.Et
quare magis in illis tribus horis ꝙ̃ in alijs de
bꝫ dici miſſa:ratio eſt.quia(vt frequenter dictū
eſt)miſſa dicitur in memoriaꝫ paſſionis chriſti.
chriſtus aūt in his tribus horis fuit paſſus/et
crucifixus.hora enī tertia fuit crucifixꝰ linguis
iudeorum/et ſententia pilati.quia hora tertia
clamabāt iudei:crucifige/crucifige eum.Et illa
hora pilatꝰ adiudicauit ſatiſfieri petitoni eorū

Hora ſexta fuit eleuatus in cruce.vnde dicit
iohan.iiij.ca.Erat aūt hora quaſi ſexta.et cruci
fixerunt eū.Hora aūt nona emiſit ſpiritū:vnde
dicitur mat.xxvij.Et circa horā nonā clamauit
voce magna.Et ſequit.ꝛ emiſit ſpiritū.Et iſtud
intelligo de miſſa q̄ dicitur ſollēniter in eccleſia
quia miſſe ꝑticulares poſſunt dici a puncto au=
rore vſqꝫ ad ſextā/et in diebus ieiuniorū vſqꝫ
ad nonā.poſt aūt nonā non debet celebrari miſ
ſa:niſi forſitan in diebus ieiuniorū/et rōe ordi=
nū.Incidentaliter aūt notandū ꝙ nō ſolū miſſa
verū etiā alie hore canonice dicūtur et cantan
tur in memoriā paſſionis chriſti.Matutinū nā
qꝫ officiū dicitur in memoriā ꝙ chriſtus hora
matutinali fuit captus/vinctus/et multipliciter
deluſus in domo anne/principe ſacerdotū ad
quē tunc fuit ductus.Et debet dici media nocte
iuxta illud pſal.xviij.Media nocte ſurgebā ad
confitendum nomini tuo.Prima dicitur in me=
moriā ꝙ illa hora chriſtus in domo caiphe fuit
ligatus ad columnā/et duriſſime ac grauiſſime
flagellatus ita ꝙ ſecundū quod dixerat iſa.ꝓ=
pheta.A planta pedis vſqꝫ ad verticē capitis

non erat in eo ſanitas.Tertia dicit̄ in memoriā
ꝙ illa hora xp̄s fuit ductus ad pilatū/ꝛ crucifix-
us fuit linguis iudeorū clamantiū et dicentiū:
Tolle tolle crucifige eū.Et tūc fuit impletū iſtud
pſal.pſalmo xxi.Aperuerūt ſup me os ſuū ſicut
leo rapiens ꝛ rugiens.Sexta dicit̄ in memoriā
ꝙ in illa hora xpriſt⁹ fuit ſpoliatus/illuſus/ꝛ a
militib⁹ clauellatus ī cruce Et tūc fuit impletuꝫ
illud p̄s.pſal.xxi.Foderunt manus meas et pe-
des meos ꝛc.Nona dicitur in memoriā ꝙ in il-
la hora xp̄s felle et aceto potatus expirauit di-
cens.Pater mi.In manus tuas domine com-
mendo ſpiritū meū.Tunc impletū eſt illud pſal
miſte pſal.lxviij.Dederūt in eſcam meā fel/ꝛ in
ſiti mea potauerūt me aceto. Veſpere dicūt̄ in
memoriā ꝙ in illa hora chriſtus fuit datus a pi
lato nobili decurioni/et per ioſeph fuit de cruce
depoſitus.Completoriū dicit̄ in memoriā ꝙ in
illa hora chriſtus a ſua matre triſtiſſima/et ab
alijs ſanctis mulieribus lamentatus/aromati-
bus conditus fuit poſitus in ſepulchro.et ſic ho-
nū eſſet et congruū vt quelibet iſtarū horaruꝫ
diceret̄ hora determinata.Iuxta illud pſalmi-

ſte pſal.C.xviii.Septies in die laudem dixi tibi
verumquia propter rei familiaris occupatio-
nem/vel propter humanam fragilitatem neq̄t
iſtud ſeruari:ſeruetur tamen iſtud quod ordina
tum eſt.extra de celebra.miſſa.ca. Preſbitero-
rum.vbi dicitur Preſbiter matutinali officio ex
pleto ſcilicet media nocte/mane cenſum ſue ſer
uitutis/videlicet primam/tertiam/ſextam/ꝛ no
nam/veſperumqꝫ perſoluat.ita tamen ꝙ horis
competentibus/aut a ſe/aut a ſcholaribus com
pleantur.deniqꝫ peractis horis et viſitatis in-
firmis ſi voluerit:exeat ad opus rurale ieiunus
Et dicantur omnes iſte hore per modum q̇ pre
cipitur.extra.ca.iiii. Dolentes.vbi precipitur
ꝙ diuinum officium tam diurnum ꝙ̄ nocturnuꝫ
dicatur ſtudioſe/pariter et deuote. et qui ſcien-
ter tranſgreditur illud mandatum:ſciat ſe mor-
taliter peccare.vt patet.quia eſt tranſgreſſor
eccleſie. Notandum inſuper quod nullus de
bet dicere miſſam: quouſqꝫ dixerit matutinas:
ꝛ congruū eſt etiam quod prima dicatur ante
miſſam:alie autem hore preter veſperas et cō-
pletorium poſſunt dici ante miſſam

Notandū etiā ꝙ ſacerdos non debꝫ dicere ſeu facere officiū pro volūtate ſua:ſed de tempore vel de ſanctis de quibus agitur in illa terra

Ca.vij.quotiens in die debꝫ celebrari miſſa

Xquo dictum eſt ꝙ miſſa debet celebrari de die:reſtat dicere quotiēs in die debet celebrari miſſa.Et eſt ſciendū ꝙ ſecundū ꝙ dicitur extra de celebra.miſſa·ca.Cōſuluiſti. Nullꝰ debet dicere miſſam niſi ſemel in die.valde enī felix eſt qui digne celebraret vnā.Excipit̄ dies natiuitatis domini/qua die celebrant̄ tres. ita ꝙ illa die poteſt vnus ſacerdos celebrare tres miſſas.vt habet̄ de cōſecra.diſti.i.ca.Nocte ſancta.Et ratio quare illa die dicuntur tres miſſe vna eſt.propter miſteriū.quoniā per iſtas tres miſſas repreſentant̄ tres ſtatus.ſcꝫ ſtatus ante legem/ſtatus legis/ꝛ ſtatus grē. Illa miſſa q̄ cantatur media nocte repreſentat ſtatū qui fuit ante legem . quando totus mndus erat in tenebris.vnde in illa miſſa cantatur illa ꝓphecia iſaie. Populꝰ gentiū q̇ ambulabat in tenebris vidit lucē magnā.Secūda miſſa q̄ cantat̄ in aurora:ſignat ſtatū ſecundū q̇ fuit ſub lege.i

quo ſtatu inceperūt homines ſcire chriſtū prop
ter dicta legis et ꝓphetarū.ſed non habebant
perfectā noticiā de eo.Et ideo cantat̄ in aurora
quando incipit lux apparere: ſꝫ non bene clare
vnde in illa miſſa cantat̄.Lux fulgebit hodie ⁊c.
Tertia miſſa dicit̄ in claro die.et ſignificat ſta=
tū gratie in quo ſumus.et dicitur officiū.Puer
natus eſt nobis ⁊c.Alia cauſa eſt ad rep̄ſentan
dum tres natiuitates chriſti.Nam prima dicit̄
ad repreſentandū natiuitatē eternā qua natus
eſt ex patre.vnde dicitur in introitu illius.Do
minus dixit ad me filius meꝰ es tu ego hodie
genui te.Et dicitur illa miſſa de nocte quando
tempus eſt obſcurū ad deſignandū ꝙ illa nati=
uitas eſt nobis occulta.Secūda miſſa dicit̄ ad
repreſentandū natiuitatē ſpūalem qua naſcitur
chriſtus in animabus iuſtorum ꝑ gratiaꝫ vnde
cantatur in illa miſſa.Lux fulgebit hodie ſuper
nos.lux/id eſt gratia dei.Tertia miſſa repreſen
tat natiuitatē teꝑaleꝫ qua natus eſt ex beata
virgine maria pro ſalute nrā.vnde canit̄.Pu=
er natus eſt nobis ⁊c.Veruntamen ſi conſiderē
tur euāgelia q̄ legunt̄ in iſtis miſſis.prima miſ=

ſa repreſentat natiuitatē temporalem qua chri-
ſtus natus eſt ſecundū carnem ex maria virgi-
ne. vnde illud euangelium quod legitur in illa
miſſa: puta. Exiijt edictū a ceſare auguſto: loq̇tur
totum de iſta natiuitate. vt patet intuenti ipſuʒ
Secunda repreſentat ſpūalem natiuitateʒ. tunc
enī legitur iſtud euangeliū. Paſtores loquebā-
tur adinuiceʒ. quod totū poteſt intelligi de iſta
ſpūali natiuitate. Tertia repreſentat natiuitateʒ
eternā qua natus eſt ex patre. vnde tūc legitur
euangeliū ioh. In principio erat verbū. quod
totū loq̄tur de natiuitate eterna filij dei. No
tandū etiā φ in die paraſceue nō debʒ dici miſ
ſa. et ratio eſt. quia iſtud ſacramentū eſt figura
paſſionis chriſti: q̄ tali die fuit facta. et veniente
veritate/ ſcʒ paſſione pro illa die debet ceſſare
figura ſcʒ ſacramentū. Alijs aūt diebus nō de-
bet dicere ſacerdos niſi vnā miſſam: niſi in caſu
neccitatis in quo poteſt celebrare duas miſſas tā
tū. Et vnus caſus eſt. Si aliq̇s moriaṫ/ et ſacer-
dos celebrauerit miſſam de die: pōt dicere miſ-
ſam ꝑ defunctis/ ſcʒ Requiē dūmō ſit ieiunus/ ⁊
non ſit alius ſacerdos q̇ celebraret. Alius caſ⁹

eſt. ſi ſit aliq̃s in periculo mortis: et petat corpus chriſti ſibi dari/et ſacerdos non habeat hoſtiã conſecratã: pōt iterũ celebrare/dummō (vt p̄dixi) ſit ieiunus: ꝛ non ſit patus celebrare. q2 illud ſemper eſt intelligendũ. Alius caſus eſt propter neceſſitatem nuptiarũ/ſcꝫ quando tempus nuptiarũ tranſit ſi miſſa dicta ſuperueniant aliq̃ qui habeant contrahere: poteſt iterũ ſacerdos celebrare dum ſit ieiunus vt ſupra dixi. Alius caſus eſt propter neceſſitatē peregrinorũ/quando ſcilicet ſuperuenerint peregrini miſſa dicta. Et iſtũ caſum ponit ray. in ſumma ſua. Sed ſalua eius reuerentia iſtud videtur expreſſe cōtra capitulũ. Te referente. extra de celebratione miſſarũ. Caſus enĩ illi⁹ capituli eſt: ꝙ archiepiſcopus ſepontinus in die cene domini de antiqua conſuetudine tenetur conficere criſma in eccleſia ſepontina. et idem archiepiſcopus aſcendit de mane de conſuetudine ad gargarinam eccleſiam vt recipiat ibi peregrinos illius loci et ibi a clero et populo compellitur celebrare. vnde ſuper hoc implorauit conſiliũ pape. Cui papa reſpondit quod in eccleſia ſepontina in-

qua teneẽ criſma conficere:tantūmodo debeat celebrare.Ex quo manifeſte apparet ꝙ ratione peregrinorū nō debet tranſgredi inſtitutio de vnica miſſa celebranda in die.Saluo tamē meliori iudicio magis approbo circa iſtā conſuetudinem q̄ obſeruatur in aliquibus eccleſiis gallicanis quādo ſcilicet dicta miſſa veniūt aliq̇ peregrini ad aliquā eccleſiā:ſi non ſit ibi alius ſacerdos paratus celebrare:ſacerdos induit ſe ſicut ſi deberet dicere miſſam.et dicit eis miſſam de beata virgine/vel de ſancto ſpū/vel de illo ſancto pro quo ſit peregrinatio:non tamen dicit canonē/nec cōſecrat:ſed oſtendit eis reliquias ali:quas loco eleuationis corꝑis chriſti.⁊ iſta miſſa vocaẽ miſſa ſicca.tamen ſi alibi ſeruetur alia cōſuetudo iuxta opinionē rap.non contēpno eam Alius caſus eſt ꝓpter nccītatez honeſtatis vel vtilitatis.vt ſi miſſa dcā ſuꝑueniat aliqua magna ꝑſona q̄ vellet audire miſſam:pōt iterū ſacerdos celebrare/dūmodo ſit ieiunus.Iſtuz caſum ponit glo.ſuꝑ ca.conſuluiſti.in titulo de ce.miſ.

De iſta nccītate neſcio q̇d dicā.qꝛ non video hic tantā nccītatem:ꝙ propter eā debeat tranſ

gredi mandatū de vnica miſſa celebranda:pre
ſertim cum magne pſone non multū noſtris tpi
bus ita afficiant̃ ad miſſas.et illi q̃ afficiunt̃:du
cunt ſecum ꝓprios ſacerdotes.Alius caſus ē
propter neccītatem debiti.ſicut quando ſunt due
ecclīe annexe/ꝛ quelibet eſt curata/id eſt habꝫ
curā animarū/et habent redditus ita tenues ꝙ
non ſufficerēt duobus ſacerdotibus:ſꝫ vnus ſo
lus ſacerdos habet curā vtriuſqꝫ.in iſto caſu ſa
cerdos pōt vna die in qualibet illarū eccliarūꝫ
celebrare in illis diebus in q̄bus tenet̃ populo
ſuo ad dicendū miſſaꝫ vel ad miniſtrandū ſacra
menta/vel officia illa q̄ requirūt miſſam.Et iſte
caſus in multis locis contingit:et ſeruat̃ in pti
bus tholoſanis/et etiā in alijs ptibus.Et credo
ꝙ in iure non inuenitur preceptū expreſſum de
vna miſſa tantū celebrāda:cū in omnibꝰ capitu
lis in quibus fit mentio de iſta materia ponat̃
iſtud verbū ſufficit/quod verbum nō importat
vim coactiuā.Conſuetudo tamen ecclīe q̄ pree=
minet cuicūqꝫ auctoritati hēt et tenet hoc.ideo
nullus debet facere contrariū.et ſi faciat:peccat
et puniri debet.In quocūqꝫ aūt caſu quādo ſa

108

cerdos celebrat plures miſſas:in prima non de bet ſumere aquã vel vinũ poſt ſumptionem ſan guinis:ſed ſolũ os lauare/et cauere ſibi quantũ poteſt ne aliq̃d tranſglutiat.qꝛ ſacramenta a ie: iuno ſunt ſumenda.Et in qualibꝫ miſſa corpus xp̄i recipiat ꝛ ſanguinē.ꝛ in vltima recipiat ab: lutionē que cõiter recipit̃ poſt ſumpſione m ſan guinis chriſti ꝛ non in alĳs miſſis vt dixi.Iſta habētur extra de cele.miſſa.ca.ex pte.et de cõ ſecra.diſti.v.vt ieiuni.et.vĳ.q.prima.

Capi.viĳ.de veſtibus quibus debet indui ſacerdos.

Omni tempore veſtimēta tua ſint candida verbũ eſt ſapiētis.Quantũ faciat debitus vſus veſtimentorũ ad debitã adminiſtrationeꝫ officĳ quod quiſqꝫ exercet:ſatis oſteudit experi entia medicorũ.Compertũ eſt enĩ ꝙ colliriũ ſa lubritatis doloris oculorũ mitigantiũ tritũ ab apotecario in indebita veſte qua die preceden te indutus fuerat viride/miſſum in oculis:pati: entem cruciabat.ſi ergo veſtis indebita nocet in confectione collirĳ:quantum magis nocet in conſecratione corporis xp̄i . Unde figuratiue

fuit preceptū legiſlatori moiſi.exo.xxviij.Facies veſtes ſanctas aaron in q̇bus ſacrificiū miniſtret mihi.Unde ſciendū q̄ omēs veſtes quas induit ſacerdos in miſſa debēt eſſe ſanctificate ⁊ benedicte ab ep̄o. Notandū ergo q̄ illa veſtis q̄ primo induit̄/ſcʒ illa camiſia ꝑua vel ſuppeliciū nō ē de eſſentia miſſe in ſimplici ſacerdote:ſʒ ſolū de bene eſſe.Et dico de ſimplici ſacerdote.ꝓpter ep̄m et canonicos regulares et capellanos honoris domini pape Quorū talis veſtis eſt habitus.Sciendū ergo q̄ cōputata illa camiſia de qua dictū eſt.vel loco eius ſuppelliciū/amittū/alba/cingulū/manipulus/ſtola/caſula.Et iſte ſeptē veſtes ſignificāt ſeptē dona ſp̄ūs ſancti q̇bus debet eſſe ſacerdos ꝑfuſus.vnde lu. xxiiij.c.induantur virtute ſp̄ūſſancti ex alto.vel ſignificāt q̄ debet eſſe cōtra ſeptē pctā mortalia munitus et armatus.Unde ap̄lūs ad ephe.ca. vi. induite vos armatura dei. vt poſſitis ſtare aduerſ⁹ inſidias diaboli/vel ſignificāt ſeptē virtutes.ſ.tres theologicas ⁊ quatuor cardinales q̇b⁹ debet eſſe armatus ſacerdos.Unde ap̄lūs ad roma.xiij. capi.induamur arma lucis glorie

110

arma virtutū q2 non eſt licitū indui ſacco.i.pctō aulam regis.i.xp̄i qui eſt rex regū intrare. Vt dicit̄ in libro heſter.ca.iiij. Vel ſignificat q̄ ſacerdos debet eſſe ſeptē operibus miſericordie deditus. Vnde apoſtol9 induimini dominū ihe ſum xp̄m cuius ſapie non eſt numer9 vt dicitur in pſal.vel ſignificat q̄ ſeptē petitiones orōnis dominice exaudiunt̄. In ſignū cuius legitur ī libro heſter q̄ heſter/induta veſtib9 regis fuit exaudita ab aſſuero: Vel ſignificat q̄ ſacerdos digne cū iſtis ſeptē veſtibus celebrās habebit ſeptē dotes in paradiſo:quatuor ſcz ex pte corpis:et tres ex pte anime:in cuius ſignū legit̄ xxvij.c.gen.q̄ iacob indutus veſtibus eſau val de bonis habuit benedictiōez patris. Vel ſigni ficat q̄ pius ihūs toto tempore quo mundus du rabit:q̄ tempus ſeptē diebus ſoluitur erit nobi ſcū p̄ſens in iſto ſacramento. Et iſta pmiſit ipſe q̄ non mentitur dicens. Ecce ego vobiſcū ſum vſqz ad cōſummationez ſeculi. Et vt ſp̄ualiter de vnaquaqz veſte dicat̄. Sciendū eſt q̄ illa camiſia vel ſuppeliciū. ſignificat q̄ ſacerdos dēt habere mundiciā vite. Eſt enī illa camiſia de li

no ꝛ mundo.Et propter hoc dicit ſacerdos laua-
bo inter innocentes manus meas et circūdabo
altare tuū domine.amictū quod ponit̄ ſuꝑ caput
ſignificat eleuationē mentis ad deū quā ſacer-
dos dēt habere pre aliis:maxime quando dicit
miſſam.Unde dicit ipſe ſurſum corda.i.ꝙ corda
ſint eleuata ſurſuꝫ ad deū.Alba q̄ eſt longa ſig
nificat ꝑſeuerantiam in bono quā debet habe-
re ſacerdos.qꝛ qui ꝑſeuerauerit vſqꝫ in finem
hic ſaluus erit.Cingulū.i.zona quod prohibet
veſtes ne fluant ꝑ terrā ſignificat timorē q̄ ꝓhi
bet ne aīe fluant ꝑ peccatū.Quoniā dicit ſapi-
ens.Qui timent deū preparabūt corda ſua ꝛ in
conſpectu eius ſanctificabūt aīas ſuas.Manipu
lus ſignificat fructū bonorū operū quē boni ſa-
cerdotes reportabūt in paradiſo.Unde de eis
dicit pſalmiſta pſalmo.xxv.Uenientes aūt ve-
nient cū exultatōe portantes manipulos ſuos:
Stola ſignificat mortificationē carnis.vnde po
nit̄ ad modū crucis ad deſignandū ꝙ ſacerdos
debet portare cruceꝫ penitentie in corde et in
corpore ſuo.Et ita dicit aplūs/mortificationeꝫ
iheſu xpriſti in corpe veſtro circūferentes.Ca-

ſula q̄ cooperit omēs alias veſtes ⁊ preeminet omnibus alījs: ſignificat caritatem q̄ preeminet omnibus virtutibus q̄ operit multitudinē peccatorū in caritate ergo radicati ⁊ fundati iuſte viuamus vt dicit apoſtolus. Multe alie adaptiones poſſent adduci. Sed iſta ſufficiant quo ad nunc.

Ca. ix. quibus debet dari gratia eucariſtie.

Quoniam non eſt bonum ſumere panem filiorū et mittere canibus: et margarite nō ſunt dande porcis. Cū iſto ſacramento contineatur panis viuus qui de celo deſcendit: ſcȝ verꝰ deus et verus homo qui eſt nobiliſſima margarita/ quā cū inuenit homo abſcondit et pre gaudio illius vadit et vendit vniuerſa que habet ⁊ emit eam. Et ideo iſtud ſacramentū non eſt dandum canibus vel porcis. i. peccatoribus crudelibus et immundis. Ad videndū ergo quibus debeat dari iſtud ſacramentū. Conſiderandū eſt primo de modis manducandi iſtud ſacramentū. Sciendum eſt ergo ꝙ iſtud ſacramentum poteſt corporaliter ſacramentaliter et ſpiritualiter ſu-

mi:et ſecūdum hoc ergo iſtud ſacramētum quatuor modis ſumitur tantum. Quidam enī ſumūt iſtud ſacramentū corporaliter tantum. ſicut aliquis infidelis qui non credit veraciter in iſto ſacramento eſſe corpus chriſti ſi ſumeret hoſtiam conſecratā: quia conſtat ꝙ non ſumeret ſpiritualiter cū non perciperet fructū ſacramenti nec etiam reciperet ſacramentaliter. quia ille recipit iſtud ſacramentū ſacramentaliter/qui credit veraciter in iſto ſacramento eſſe corpus chriſti. Et iſte(vt dictum eſt)non credit: quare non recipit iſtud ſacramentū ſacramentaliter ſed ſolum corporaliter/⁊ idem dico de mure vel de cane. vel de quacunqꝫ alia beſtia ſi contingat(ꝙ abſit)comedere hoſtiam conſecratam. Quidam recipiunt iſtud ſacramentū ſpiritualiter tantum: ſicut fideles iuſti et ſancti cum deuotione audientes miſſam. ⁊ habentes deuotioneꝫ ad audiendum eā. Qui licꝫ non cōmunicent. ſunt tamē ꝑticipes fructus iſtius ſacramenti. Et ſic intelligitur verbū auguſt. dicentis. Crede et manducaſti. Crede ſcilicet fide firma: et manducaſti/ſcꝫ ſpiritualiter. Quidam comedunt ſiue ſumunt iſtud

ſacramētū ſacramentaliter ⁊ ſpūaliter ſimul ſicut falſi chriſtiani qui ſumunt iſtud ſacramentū in pctō mortali.tales enī corꝑaliter ſumunt:quia recipiunt ſpecies conſecratas.et etiā ſumunt ſa-cramentaliter.qꝛ ex quo ſunt chriſtiani:credūt ſub illis ſpeciebus eſſe veraciter corpus chriſti et ſic vtuntur ſacramento vt eſt ſacramentum: ſed non recipiunt ſpiritualiter.quia non recipi-unt fructum ſacramenti.Quidam vero recipiūt iſtud ſacramentū corporaliter/ſacramētaliter/ et ſpiritualiter ſimul.ſicut ſunt illi qui cū deuoti one et fide exiſtentes in caritate et gratia dei recipiunt iſtud ſacramentum/et ex receptione eius multa bona recipiunt ſcilꝫ gratiam in pre-ſenti/et gloriā in futuro. Secundo ſciendū eſt quot requiruntur ad debitam ſuſceptionē hu ius ſacramenti que ſunt tria.ſcilꝫ immunitas a peccato mortali.eleuatio mentis ad deū/et mū ditia corꝑalis.De primo dictū eſt ſupra in pri mo ca.et etiā aliquid dicetur infra. De ſecūdo ſcꝫ de eleuatione mentis in deū:ſacerdos ante canonem dicit.Surſum corda.quaſi dicat ꝙ vo ens ſumere iſtud ſacramentum:debet habere

coꝛ ſuū eleuatū ad deū. De tertio ſcʒ de mundi cia coꝛpali videmus ꝙ tractātes aliquod ſacra mentū manus ſuas lauant. et ideo cū in iſto ſa cramento tractetur ille q̇ eſt ſanctus ſanctoꝛū: re quiritur in ſumente mundicia coꝛpalis. No tandū tamē ꝙ immunitas a pctō moꝛtali requi ritur de neceſſitate ad debitā ſumptionē iſtiꝰ ſa cramenti. Alia aūt duo requiruntur de magna congruitate. et ideo cū aliqua immundicia coꝛ palis habeat aliquādo ſecū annexā culpā moꝛ talē/ ꝛ hebetudinē mentis/ ſicut eſt pollutio q̄ ac cidit in ſomnis: videndū eſt de iſta pollutione quō impedit ſumpſionē iſtius ſacramēti Sci endū eſt ergo ꝙ pollutio q̄ accidit in ſomnis nō eſt peccatū de ſe ſed pōt eſſe effcūs peccati moꝛ talis/ vel venialis vel nullius. ſecundū ꝙ cā illi us pōt eſſe peccatum moꝛtale/ vel veniale/ vel nullū: ſemꝑ ergo recurrendū eſt ad cauſam vn de ꝓuenit iſta pollutio. pōt enī ꝓuenire vel ex cogitatōe pꝛeterita/ vel ex ebꝛietate et crapula vel ex temptatione diabolica/ vel ex infirmita te/ vel ex alleuiatōe nature. Pꝛimis duobꝰ mo dis nō poteſt eſſe ſine pctō moꝛtali/ vel veniali

quia ſi cogitatio deliberata cū cōſenſu preceſſe-
rit/vel ebrietas/vel crapula fuerit deliberata/
vel conſuetudinaria:peccatū eſt mortale.et ideo
talis pollutio impedit dz nccītate ſumptionem
iſtius ſacramēti.Si aūt cogitatio nō fuerit cū cō
ſenſu deliberato/vel ebrietas/ſiue crapula non
fuerit deliberata/nec conſuetudinaria:peccatū
eſt veniale.Et ideo talis pollutio de nccītate nō
impedit ſuſceptionē iſtius ſacramēti:ſʒ tantū de
incōgruitate impedit/maxīe ſi fuit cū turpi ima-
ginatione.qr ex cogitatōe(vt cōiter dicit̃)depri
mit̃ mens.Sed ſi ſit aliq̇d quod prepōderet:ſi-
cut reuerētia feſtiuitatis/vel timeat̃ de ſcādalo
non debet dimitti ꝓpter hoc corporis xp̄i ꝑce-
ptio.Si aūt ꝓueniat ex illuſione diabolica:non
credo ꝙ debeat dimitti/maxīe ſi veniat tempe̅
magne feſtiuitatis/vel cōis ſiue/generalis cōi
onis.Si aūt ex nature infirmitate/vel alleuiati-
one nature dimittat̃ ꝓpter reuerētiā:laudabi-
le ē niſi ſit aliq̇d quod reformet pecatū.vt dictū
ē ſupra.Et illud decretū quod dicit ꝙ poſt talē
pollutiōʒ hō debʒ abſtinere.xxiiij.horis:intelli
gendū eſt vt ī diſtinctōe p̄dicta.Viſo ergo quot

modis ſumit̃ iſtud ſacramētū/⁊ q̄ requirunt̃ ad debitā eius ſuſceptionez: videndū eſt nūc q̇ debēt ſumere iſtud ſacramētū. Unde ſciendū eſt ꝙ illud ſacramētū debꝫ ſumi a ieiunis. vt habet̃ vĳ.q.i. Nihil. de.cōſe.di.v. vt ieiuni Notādū tamē ꝙ duplex ē ieiuniū. quoddā ē ieiuniū nature: aliud ē ecclīe. Jeiuniū nature ſoluit̃ ꝑ ſūptionē cuiuſcūqꝫ cibi vel potus ſumpti ī modū cibi vel potus/vel etiā medicine. Jeiuniū ecclīe ſoluit̃ ꝑ comeſtionē cuiuſcūqꝫ ſumpti ꝑ modū cibi vna comeſtiōe facta. Quādo ergo dicit̃ ꝙ ſacramētū eucariſtie dēt ſumi a ieiuno: intelligit̃ de ieiuno nature. qꝛ pri⁹ dēt intrare in os xp̄iani ille ſanctiſſimus cibus: ꝙ̄ q̇cunqꝫ alius cib⁹ ita ꝙ ille q̇ ſumit iſtū cibū ſacroſanctū: nihil ante ſumpſerit iſta die/vel ꝑ modū cibi/vel potus vel medicine. verūtamē quia neceſſitas non habet legem/et infirmis non eſt poſita lex: ideo infirmi ⁊ illi qui ſunt in neceſſitate poſiti: non ſunt ad hoc obligati. immo quacunqꝫ hora ſiue de die/ſiue de nocte/ſiue poſt prandium/ſiue ante poſſunt ꝙ̄tūcunqꝫ fuerit eis neceſſe illud ſacramentū ſumere. Sed quid ſi aliquis ſacerdos

vel alius qui debet cōicare de mane lauet os ſuū et forte tranſglutiat aliquid de aqua:nūq̄d impeditur a ſuſceptione huius ſacramenti? Dico q̄ ante ſuſceptionē iſtius ſacramēti decens ē vt q̄libet ſpūaliter et corp̄aliter mundet ſe q̄ntū poteſt.et ideo lauare os ante ſuſceptōez iſti⁹ ſacramenti approbo et laudo ita tamē q̄ caueat̄ ne aliq̄d de aqua tranſglutiatur ſcienter.verun tamē ſi aliq̄d tranſglutiat̄ non in magna quāti tate cū ſaliua/et per modū ſaliue non credo q̄ impediat ſuſceptionē iſtius ſacramenti. Sz pone q̄ aliq̄s de nocte et ſero anniſum/ƶ bacca ſalua/vel feniculū/vel aliquod aliud ſumpſerit/ et aliquid de reliquijs remanſerit inter dentes et cū abluit tranſglutit aliquid de hoc quod re manſerat inter dentes.nunq̄d impedit̄ a ſuſcep tione iſtius ſacramēti? Dico q̄ non ex quo ſcien ter non facit:ſz trāſglutit p̄ modū ſaliue. Iſtud etiā ſacramentū non debet ſumi niſi ab illo q̄ ha bet vſum rōnis.vnde non debz dari pueris an teq̄ p̄ueniant ad annos diſcretionis.vt habet̄ in ca.Omnis vtriuſqz ſexus.extra de pe.et re miſ.quia ante iſtud tempus neſciunt diſcernere

nter iſtū cibū/et cibū corꝑalem.et ſic ipſi non
exhiberent reuerentiā debitam tanto ſacramē-
to.Eadem etiā ratione iſtud ſacramentū non eſt
dandū amentibus/ſiue furioſis.Diſtinguendū
eſt tamen de iſtis:quia aut tales fuerūt furioſi
a natiuitate ita ꝙ nunꝙ̄ habuerūt vſum rōnis.
et credo ꝙ iſtis iſtud ſacramentū non debet da-
ri.quia iſtud ſacramentū requirit actualē deuo-
tionem in ſuſcipiente.et tales non poſſunt ha-
bere eā.aut tales habuerūt aliquādo vſum rati
onis:ſed amiſerūt ipſum propter aliquā cauſam
et habent aliqua lucida interuella.et tempore
quo habent talia lucida interualla ſi petant cū
deuotione iſtud ſacramentū et velint ipſuz reci
pere reuerenter:debet eis dari.ita tamē ꝙ tem
ꝑe furie nullo mō detᷣ eis propter cauſam iam
dictā.Freneticis etiā non debet dari iſtud ſacra
mentū:maxime ſi timeatur de irreuerētia ad ſa-
cramētū .ſicut de expuitione/vel aliquo alio ta
li.loquor autē de freneticis in qͥbus ligatus eſt
omnino vſus rōnis.Demoniacis aūt ſi cū deuo
tione et reuerentia peterent:credo ꝙ deberet
eis dari.dum tamē tales habeant vſum rōnis.

et actualem deuotionē ad iſtud ſacramentū. Et credo ꝙ tantā deuotionē habere poſſent ad ſacramentū ꝙ virtute ſacramenti a demonio liberarent̄. Leproſis etiā non debꝫ dari iſtud ſacramentū. quod intelligo de leproſis ſic infectis: ꝙ non poſſent corpus dominicū recipere/et tractare in ore ſuo quin ipſum reijcerent. ſicut ſunt multi quibus ceciderūt labia/et dentes. et ſunt toti corroſi vſqꝫ ad guttur. Sicut legit̄ de quodam monacho ciſterciēſi in vita ſancti ludouici quondaꝫ regis francie. cui quando ponebat̄ bolus in ore: cadebat ſibi bolus de ore. et tali ſic leproſo non debet dari corpus chriſti. alijs aūt leproſis bene poteſt dari. Sacerdos etiam leproſus non debꝫ in preſentia populi celebrare. ſed ſi ad partem/vel in ſecreto vellet: poſſet Et ita ītelligo illa capitula extra de cleri. egrotante. et de rectoribus. Et tua nos. Hugo etiā dicit ꝙ ſacerdos leproſus poſſet celebrare alijs leproſis preſentibus. Dāpnatis etiā ad morteꝫ pro crimibus ſuis quib⁹ niſi de gratia ſpeciali non datur vnꝗ̄ corpus chriſti. ſicut illis q̄ ſuſpendunt̄/vel ſubmergunt̄/vel cōburuntur/vel

quomodolibet aliter interficiunt̄. Illis aūt qui
pro crimine heresis cōburuntur ſi cū deuotione
humilitate/et reuerentia petant:debet eis dari
corpus chriſti.vt habetur extra de hereticis ca.
ſuper eo.li.vi Sed nunquid exiſtenti in pctō
mortali dandū eſt corpus chriſti? Dicendū eſt
ꝙ peccatū aut eſt notoriū/aut occultū.ſi ſit noto=
riū/puta quia eſt notorius vſurarius/vel notori
us concubinarius/vel quomodolibet alius no=
torius peccator:niſi diſcedat/et ſecundū ſtatuta
eccleſie cōdigne peniteat:non eſt ei dandū cor
pus chriſti quātūcunqꝫ petat/immo eſt ſibi dicē
dum.amice non eſt bonū ſumere panem filiorū/
et mittere canibus. Si aūt eſt peccatū occultū:
aut iſte petit corpus chriſti tempore quo tenet̄
cōmunicare/puta tempore generalis cōmunio=
nis:vel quia eſt infirmus.et ſic de alijs caſibus
in quibus tenetur quilibet cōmunicare.aut pe=
tit alio tpe.ſi petat alio tempore: quantūcunqꝫ
petat in publico:non tenetur ſacerdos dare ip
ſum ſibi.ſed debet ei dicere.amice non eſt tem=
pus cōmunicandi.et ideo non debeo tibi dare
corpus chriſti:ſed expecta tempus ſtatutum.

Si autē petat tēpe quo teneť cōmunicare. aut
petit in publico aut ī ſecreto: ſi petat in ſecreto:
non eſt ſibi dandū. immo eſt monēdus ne petat
in publico. ſed ſi talis pertinax in malicia ſua
petat in publico dari ſibi corpus xp̄i: ſacerdos
debet ipſum ſibi dare. quia non debet eū ꝓde-
re/nec alius debet priuari ſuo iure: quouſqꝫ ſit
declaratū ipſum amiſiſſe ius ſuū. et ideo cū quili
bet parrochianus habeat ius petendi corpus
chriſti a curato ſuo: et curatus ſit obligatus ad
dandū iſto tp̄e ſuis parrochianis corpus xp̄i et
nullus fidelis priueť iſto iure niſi per peccatū
mortale cōmiſſum publice. ideo quātuncūqꝫ ſa-
cerdos ſciat ſubditū ſuū eſſe in pctō mortali: niſi
peccatū ſit notorium: non debet ſibi denegare
corpus xp̄i ſi tp̄e ſtatuto/et in publico petat ip-
ſum ſibi dari. Et ita legitur feciſſe beatus ber-
nardus: q̄ cū quadā die cōmunicarꝫ monachos
uos: q̄dam quez beatus bernardus ſciebat eſſe
in peccato mortali inter alios acceſſit ad cōican
dum. et beatus bernardus dedit ſibi corpꝰ xp̄i
dicens ei ſubmiſſa voce. Judicet dominꝰ inter
me et te. quaſi vellet dicere. dominus ſcit ꝙ tu

indigne accedis.et ego non poſſuꝫ tibi negare
ideo iudicet inter me et te.Et ſtatim ille miſer
accepto corꝑe chriſti cecidit mortuus.et ideo
caueat ſibi vnuſq̄ſqꝫ ne indigne accedat nō enī
noceret ſacerdoti:ſed ſibiipſi.et ſacerdotes bene
facerent:ſi iſtud exemplū ⁊ ſimilia parrochianis
et ſubditis ſuis nuntiarent. Sed nūquid ſu=
ſpectis de crimine debet dari iſtud ſacramētum
ſi requirant? Dicendū eſt ꝙ triplex eſt ſuſpicio.
quedā eſt violenta/quedā ꝓbabilis/quedā le=
uis.Suſpicio violēta eſt contra quā non admit=
tit̄ probatio.ſicut ſi aliq̇s inuenit̄ cū muliere cor
rupta in lecto ſolus cū ſola/nudus cū nuda/loco
et temꝑe ad hoc aptis/nec etate/nec parentela
nec aliquo alio obſtantibus:eſſet violenta ſuſpi
cio ſeu p̄ſumptio ꝙ cognouiſſet eā ita ꝙ non ad
mitteret̄ ꝓbatio ī contrariū.Probabilis ſuſpi=
tio eſt illa q̄ oritur ex aliquibus ſignis ⁊ conie=
cturis ꝓbabilibus.ſicut ſi aliq̇s inueniret̄ fre=
quenter cū aliqua loquens in loco ſuſpecto:eſſꝫ
probabilis ſuſpicio ꝙ aliquod malū ageret.Le=
uis ſuſpitio eſt q̄ oritur ex fatua et inordinata
ſuſpitōe alicuius.Et iſta dicit̄ leuis ⁊ fatua ſuſpi=

124

tio.ſicut ſi viderem aliquem bonū virum/et ali quā bonā iuuenculā ſalutātes ſe/vel ſibi inuicē ridentes/non in loco vel tempe ſuſpectis:fatuū eſſet preſumere ꝙ male agerent. Et de tali dicit ſalomon. Qui cito credit leuis eſt corde. Quādo ergo querit̄ vtrū ſuſpectis de aliquo crimine debeat corpus chriſti dari. Dico ꝙ ſi de aliquo habeat̄ ſuſpitio violenta de aliquo crimine notorio:ꝙ illi debꝫ denegari corpus chriſti. verbigratia. de aliquo habetur ſuſpitio violēta ꝙ ſit notorie hereticus et vſurarius/vel concubinarius et ſic de aliis. Dico ꝙ anteꝙ̄ det̄ ei corpus chriſti:debet ſe purgare de iſto crimīe extra de purga.ca.ii. Si aūt habeatur ſuſpitio probabilis : non dēt ſibi denegari corpus xp̄i quouſqꝫ eſſet probatū contra eū/licet notorie habeatur talis ſuſpitio contra eū:eſſet tamē monendus ꝙ purgaret ſe antequā accederet ad ſacramentū.⁊ ſi conſentiret:bene faceret.ſi aūt perſeueranter inſtaret:et negaret crimen de quo probabiliter preſumitur contra eū:non credo ꝙ ante ꝓbationem eſſet priuandus iure quod habet in petendo ⁊ accipiendo corpus xp̄i:preſet

tim cū res ſua agatur.et ſi indigne accipiat:no
ceat illi et non aliis.tamen credo ꝙ ſacerdos ad
terrorem poteſt ſibi et debet aliqua verba cō-
minatoria dicere dicendo.Si digne accipis:ꝓ
ficiat tibi ad ſalutē corpis et anime.ſi indigne:
iudicet dominus inter me ⁊ te.Si aūt ſuſpitio le-
uis et fatua habeat contra aliquē de quocūqꝫ
crimine:ꝓpter talē ſuſpitionē/cū ſit leuis et fa-
tua in nullo debet agi contra eū in ſpeciali:ī ge
nerali tamen eſſet bonū ꝙ ſacerdos diceret ali
qua verba cōminatoria oſtendendo ꝙ nullꝰ de
bet preſumi bonus vel malus niſi conſtet ꝓ cer
to.qꝛ multi multa loquūtur.et quilibet debet ſe
purgare/et quo ad deū/et quo ad populū ante
ꝙ accedat ad iſtud ſacramentū. Sed nūquid
excōicatis debꝫ dari iſtud ſacramentū? Dico ꝙ
non.ꝙdiu enī ſunt excōicati:ſunt diuiſi a ꝑcep-
tione ſacramentorū/et a cōmunione fideliū.
Sed quid ſi aliquis excōmunicatus ſit in ꝑiculo
mortis ⁊ petat corpus chriſti ſibi dari/quid de
bet fieri? Dico ꝙ aut iſte eſt excōicatus a cano-
ne ſiue iure/aut a iudice.Si eſt excōicatus a ca
none/ſiue iure : ſacerdos debet abſoluere eum

ſi ipſe petat humiliter abſolutionē.quia in peri
culo mortis ſimplex ſacerdos poteſt ipſuꝫ abſol
uere a quacunqꝫ ſnīa excōicationis lata a cano-
ne/etiā ſi abſolutio eſſet ſedi apoſtolice reſerua-
ta.tamē in quocūqꝫ caſu abſoluat̄:debet abſol
ui ſub hac forma.ꝙ ſi dominꝰ preſtet ſibi vitaꝫ
ſtatim ꝙcito cōmode peterit:vadat ad eū q̇ ipm̄
abſoluere poteſt/mandatū ipſius ſuꝑ illis ꝓ qui
bus excōmunicatus fuerat humiliter receptu-
rus·Et niſi faciat:ſtatim relabitur in eandeꝫ ex
cōmunicationis ſententiā ipſo iure.vt habetur
extra de ſenten.excōi.ca.Eoꝫ qui.li.vi.Si autē
eſt excōmunicatus a iudice:aut eſt ꝓ contuma-
cia tantū:aut pro aliquo delicto/aut pro aliquo
caſu.et quodcūqꝫ ſit:debꝫ abſolui ſi petat humi
liter abſolutionē.ita tamen ꝙ primo det pigno
ra/vel cautionē idoneam ꝙ parebit et obediet
mandatis eccleſie/et emendabit paſſo iniuriā.
Et ſi nequit dare pignora/vel cautionē:iuret ꝙ
ſatiſfaciet ꝙcito poterit. Sed quid ſi aliquis
exiſtenꝫ in pctō mortali/vel excōmunicatus in
periculo mortis exiſtens mittat ꝓ ſacerdote vt
confeſſionē eius audiat et eū abſoluat/ꝛ det ſibi

corpus chriſti.⁊ anteq̄ accedat ad eū amittit lo
quelam·nūquid debet ſibi dari corpus chriſti?
Dico q̄ ſi intelligat aliquid:monendus eſt.et
ſi non poteſt loqui:q̄ oſtendat aliqua ſigna con
tritionis.ſic q̄ iunctas manus eleuet ad deū/et
ꝑcutiat pectus ſuū.et ꝑ aliqua ſigna oſtendat ſe
petere abſolutōez a peccatis/⁊ a ſentētia excōi
cationis.et parentes et amici eius debent loco
et vice eius promittere/et fideiubere/vel pig-
nora dare ſi poſſunt: q̄ ſi dominus preſtet ſibi
vitam:preſentabit ſe conſpectui illius qui po-
teſt eum abſoluere/mandatum ipſius ſuper hoc
humiliter recepturus.Et ſic debet eum abſolue
re et cōmunicare.Si autem nichil intelligit ſi
conſtet/⁊ probari poteſt q̄ ſigna contritionis/
et penitentie preceſſerunt debet abſolui et cōi-
cari/receptis prius cautionibus et pignorib⁹
vel iuramento a parentibus vel amicis per mo
dū qui dictus eſt ſupra. Notandū inſuper q̄
ſacerdos qui cōmunicat populū ſuū debꝫ eū mo
nere de aliquibus.Primo q̄ non accedat ad i-
ſtud ſacramētū cū conſcīa alicuius peccati mor-
talis.Secūdo q̄ remittat odiū et rancorem cu-

iuſcunqȝ. Tertio ꝙ nullus excōicatus accedat nec aliquis niſi ieiunus:niſi in caſu neceſſitatis Quarto ꝙ ante cōmunionem et poſt abſtineant ab vxoribus ſuis ad minus per tres dies. de conſecta.diſt.i.Omnis homo.xxiij.q.ca.iiij.ſciatis.Quinto ꝙ poſt ſumptionem corporis chriſti non ſpuat in loco immūdo/vel ī loco vbi poſſit ſputum cōculcari pedibus.et hoc ante comeſtionem.Sexto ꝙ ſibi quantum poterunt caueant a vomitus nauſeatione. Notandum ꝙ poſt ſuſceptionem corporis chriſti debet ſumi aliquantulum de vino ne aliquid de iſto ſacramento remaneat/aut ſpuendo emittatur. vnde in aliquibus eccleſiis eſt laudabilis conſuetudo ꝙ in die paſche poſt cōmunionem datur aliquantulū de vino et pane.

Ca.x.de ritu quo debet miſſa celebrari.

Omnia honeſte fiant in vobis et ſecundū ordinem.Verba ſunt apoſtoli informantis et inſtruentis nos quomodo ordintae et honeſta opera noſtra maxime illa que ad cultū dei pertinent faciamus.inter q̄ miſſa eſt principali

or.Dicenduz eſt ergo de ritu miſſe.i.de modo
quo debet dici miſſa.Sciendū eſt ergo ꝙ ſacer-
dos armis ſpūalibus armatus.i.ſacris veſtibus
de quibus ſupra dictū eſt indutus debet proce
dere ad altare.et quia vt dicit ſalomon in prin
cipio ſermonis.Sapiens accuſator eſt ſui.Pri-
mo ſacerdos debz accuſare ſeipſum in confeſſio
one faciendo/ſcz confeſſionē generalez que va
let ad remiſſionē peccatorū generaliū/veniali-
um/et mortaliū oblitorum.Sed de mortalibus
de quibus recordat̄ debet anteꝙ̄ induat ſe vel
ipſe accedat ad altare ſacramentaliter confiteri
et facta confeſſione procedat ad miſſam.Notan
dū aūt quare iſtud ſacramentū vocatur miſſa ſe-
cundū auguſt.dicitur miſſa qr dū iſtud ſacramē
tū conficit̄ mittitur celeſtis miſſus.Et ſecūdū ꝙ̄
exponit Inno.iſte celeſtis miſſus eſt magni cō
ſilij angelus et mittitur iſte ad conſecrandū.et
iſte ſacerdos eſt inuiſibilis:qui principaliter cō
ſecrat et conficit iſtud ſacramentum vbicunqz
conficeatur.Unde ipſe ſacerdos et ſacrificiū vt
dicit auguſtinus.aliā rationē aſſignat dicens
ipſa beſtia poteſt vocari miſſa quia tranſmiſſa

pꝛimū a patre vt eſſʒ nobiſcum . poſtea a nobis
vt pꝛo nobis intercedat . Sciendum eſt ꝙ miſ=
ſa in tribꝰ linguis celebꝛatˀ/ ſcʒ hebꝛaica/gre
ca/et latina.Nā alleluia amen oſanna ſabaoth
ſumūtur de hebꝛea.kirie lei ſon xp̄eleiſon ſumū=
tur de greca.reliqua oīa ſunt de latina . Dicitˀ
aūt miſſa in his tribꝰ lingnis.qꝛ titulus xp̄i in
cruce pendentis ſcriptus fuit hebꝛaice grece et
latine.Diuiditˀ ergo miſſa in quatuoꝛ partes.ſ
in obſecrationes/oꝛōnes/poſtulationes/⁊ gra=
ciarū actiones Pꝛima pars ꝑtinet ad populi in
ſtructionē.Secunda ad materie conſecrationē.
Tertia ad materie conſecrate ſumptionē.Quar
ta ad graciarū actionē. Pꝛima intenditˀ a pꝛin
cipio vſqʒ offertoꝛiū.Secunda pars ab offerto=
rio vſqʒ ad finē oꝛationis dominice.i.vſqʒ ad
finē de pater noſter. Tertia ꝑs vſqʒ cōionem.
Quarta vero ꝑs vſqʒ ad finē ꝓtenditˀ. Pꝛima
continet decē vel vndecim ꝑtes . Nam pꝛima
dicitur introitus.Et dicitur introitus quia tunc
ſacerdos miſtraturus dʒ̄t ad altare introire.Et
eſt ſciendū ꝙ antiq̄tus loco introitus dicebatˀ to
tus vnus pſalmꝰ ⁊ cātabatˀ a clero circa gradus

altaris et ideo vocatᷓ graduale. Sed beat⁹ Jero. ex manda. beati damaſii pape: eccleſiaſticū officiū ꝓ maiori pte inſtituit. pter cantū ⁊ ordinauit diuerſos introitus ſecūdum diuerſitatem dierū ac feſtorū. Et de illo pſalmo qui antiq̇tus dicebatur et cantabatᷓ loco introitus accepit vnum verſum. Et eſt ſciendū ꝙ in ſingulis ſimplicibus diebus. Introitus bis cantatur ad deſignandū ꝙ in chriſto ſunt due nature. ſ. humana ⁊ diuina. In ſollēnibus vero dicitur ter ad deſignandū tria tempora/ſcꝫ tempus ante legē tp̄s ſub lege et tempus grē. Unde primis duabus vicibus dicitur ſubmiſſa voce. qꝛ in primis duobus non apte nec clare loquebatur. Tertia aūt vice alte. quia in tertio tempore: in omnē terrā exiuit ſonus eorū euāgeliſ̄. Poſt introitū ſeq̇tur kirieleiſon xp̄eleiſon. ideꝫ eſt ꝙ domine miſerere. xp̄eleiſon idem eſt ꝙ domine chriſte miſerere pariter. Et dicitur ter propter patrem et filiū et ſpiritū ſanctū. Et dicitur nonies propter nouem ordines angeloruꝫ q̇bus virtute miſſe aſſociari petimus. In diebus ſollēnibus cantatᷓ ymn⁹ angelicus/ſcꝫ gloria in excelſis deo. quē imnū

132

angeli in natiuitate christi decantauerũt vſq3 ibi bone volũtatis. Reliqua omnia ſcz laudamꝰ te ⁊c. Beatus hilarius eps̄ pictauenſis apposu it ad miſſam ⁊ cantari inſtituit. et debet cantari ymnꝰ in feſtis apoſtolorũ/martirũ/⁊ confeſſorũ in quorũ honore dedicata eſt ecclia. et in feſtiui tatibus btē marie. Sed quãdo in diebus ꝓfe- ſtis cantaẗ miſſa de btã maria/vel de ſpũſancto/ vel de alio ſancto/non dẽt in ea ymnꝰ angelicꝰ vel ſimbolũ decãtari: licz in miſſa ꝓpria decãte tur p̄facio. Et ratio eſt: qꝛ diciẗ de cele. miſ. c. cõ ſilium vt inter cõmemorationẽ ⁊ ſollẽnitatẽ diffe rẽtia oſtẽdatur. In ſabbato aũt quãdo cantatur de btã virgine maria: credo ꝙ dẽt dici gloria in excelſis. qꝛ illa dies eſt ſpẽaliter dedicata btẽ marie virgini/ ꝓpter multa q̃ non oportet hic dicere. Dicto ymno angelorũ: ſacerdos cõuerſꝰ ad populũ: ſalutat eũ dicendo. Dominꝰ vobiſcũ Que ſalutatio fuit ſumpta de veteri teſtamẽto ſcz libro ruth. ſ. quãdo booz dixit meſſoribꝰ ſuis dominꝰ vobiſcũ. Sciendũ aũt ꝙ eps̄ loco domi- nꝰ vobiſcũ dicit pax vobis. Et ratio eſt. qꝛ eps̄ rep̄ſentat ꝑſonam xp̄i q̃ quãdo ſalutabat diſcipu

los ſuos dicebat pax vobis.Et ſciendum eſt ꝙ
quãuis in eccleſia non ſit niſi vnus. ſemꝑ tamen
debet dicere ſacerdos dominus vobiſcũ: quia
loquitur toti eccleſie.et ei reſpondetur:et cũ ſpũ
tuo.Que reſponſio fuit ſumpta ab apoſtolo in e-
piſtola.ij.ad titũ.iiij.ca.Poſt ſalutationem et re
ſponſionẽ ſubiungit ſacerdos. Oremus loquẽs
quaſi fundatus in perſonã totius populi.Et di
cto oremus dicit orõnem .et iſta oratio dicitur
collecta.qꝛ olim ep̄s ſiue ſacerdos cum populo
collecto/dicebat eã ſuper populuꝫ.Quia vero
tꝑibus noſtris nos nõ poſſimus ita populũ colli
gere:dicimus orõnem q̃ antiquo ꝛ generali vo
proprietas huius olei maxime cōuenit effectui
huius ſacramenti.Eſt enī oleum mitigatiuū do
lorū:ideo ponit̄ in vulneribus.Unde ille ſama
ritanus infudit oleū in vulneribus ſauciati:vt
dicitur in luca.Sed effectus huius ſacramēti ē
mitigare dolorē ſpiritualem et corꝑalem vt di=
cetur. Notandū inſuper ꝙ ad hoc ꝙ oleum
ſit propria materia huius ſacramēti:oportet ꝙ
primo ſit ab epiſcopo benedictū.et iſtud innuit
beatus Jacobus quando dicit:vngentes eum
oleo ſancto/id eſt ſanctificato Ratio aūt quare

opoꝛtet ꝙ ſit ſanctificatum:poſita eſt in tractatu de confirmatione ca.ij.

Ca.ij.de foꝛma extreme vnctionis.

Oꝛma huius ſacramenti ſunt verba q̄ dicit ſacerdos quādo vngit infirmū/ſcꝫ iſta Per iſtā vnctionē/et ſuā pijſſimā miſericoꝛdiā indulgeat tibi deus quicq̄d deliquiſti ꝑ viſum auditū ꝛc.ita ꝙ in iſta foꝛma tangit̄ virtus iſtius ſacramenti.de qua dicet̄ infra quādo aget̄ de eius effectu.Et eſt ſciendū ꝙ differētia ē inter foꝛmas alioꝛū ſacramentoꝛū et iſtius.qꝛ foꝛme alioꝛū ſacramentoꝛū ſecundū ambꝛoſiū ſunt indicatiue.vt patꝫ diſcurrendo ꝑ ſingulas:ſed foꝛma iſtius ſacramenti eſt optatiua.vt ptꝫ aſpicienti. Notandū ꝙ in miſſali ambꝛoſiano inuenit̄ iſta foꝛma ſic .Vngo oculos tuos/vel aures tuas ꝛc.Et ꝑ iſtā vnctionē ꝛc.De hac autē non eſt curandū:ſed foꝛma qua vtit̄ romana eccleſia eſt obſeruanda.Sed querit̄ quare in foꝛma iſtius ſacramēti romana eccleſia magis vtitur verbo optatiuo q̄ in alijs foꝛmis? Dicendū eſt ꝙ iſtud eſt.quia vt dicet̄ infra iſtud ſacramētū non debet dari niſi pꝛopinquis moꝛti q̇ iam

ſunt in receſſu.ideo ſicut moris eſt ꝙ illis q̇ ſunt in receſſu optatur ſalus:ita eccleſia in iſta forma optat ſalutem recedentibus ab hac vita.

Ca.iij.de miniſtro extreme vnctionis.

Miniſter huius ſacramenti eſt preſbiter ꝛ non alius . vnde nullus niſi ſit preſbiter poteſt miniſtrare illud ſacramentū.Quod patꝫ ex predicta auctoritate beati iacobi.Infirmat̄ q̇s ex vobis ꝛc.Cuius ratio eſt quare ille q̇ ha-bet diſpenſare ſacramenta corporis xp̄i miſtici:o-portet ꝙ hēat ptātem ſupra corpus xp̄i verū:ſꝫ iſte ē ſolus preſbiter:quare ſolus preſbiter ha-bet miniſtrare iſtud ſacramentū.Nec eſt inſtā-tia de baptiſmo.qꝛ baptiſmus eſt ſacramentuꝫ maxime necc̄itatis:ideo oportet ꝙ habeat mini ſtrū maxime cōmunē.vide de hoc ſupra de ba-ptiſmo ca.iij.Utrum aūt oporteat ꝙ ſint plures preſbiteri/vel ſufficiat vnus?Uidetur ex aucto-ritate allegata ꝙ debeāt eſſe plures.quia dicit preſbiteros in plurali . Thomas aūt in quarto ſuo videtur dicere ꝙ ſi non poſſint haberi plu-res:ſufficit vnus cū miniſtris:ita tamen ꝙ ſem-per preſbiter debet inungere et dicere verba.

Et ſi anteq̄ perfecerit moriatur/vel impediat̄:
alius debet perficere quod remanet/ſcʒ reſidu
um ſacramēti huiuſcemodi extreme vnctionis.
Et hec ſufficiunt pro preſenti.

Ca.iiij.de effectu extreme vnctionis.

Effectus iſtius ſacramenti eſt iſte.ſicut enī
eſt in infirmate corporali:ita ſuo modo
debet eſſe in infirmitate ſpirituali.In infirmita
te autem corporali ſic eſt/ꝙ poſito ꝙ aliquis ſit
curatus ab infirmitate adhuc quedā debilitas
corporis proueniēs ex priſtina infirmitate re-
manet ideo indiget duplici medicina.vna que
ſit egritudinis ſanatiua/vel expulſiua.alia que
ſit debilitatis q̄ remanet reparatiua.ſic eſt ſpūa-
liter.Infirmitas enī ſpūalis eſt peccatum.vnde
pſalmiſta in perſona peccatoris.Miſerere mei
domine quoniaʒ infirmus ſum.medicina autem
ſanatiua iſtius infirmitatis eſt penitetia.Sed
poſtq̄ homo ſanatus eſt ab iſta infirmitate:ad-
huc remanet in eo quedam debilitas ſpiritua-
lis.et contra iſtam infirmitatē ordinatur iſtud
ſacramentū.Unde effectus iſtius ſacramēti eſt
ſanatio iſtius debilitatis ſpūalis.Et etiā alius

effectus.q̇a per ipſum peccata venialia et etiaꝫ mortalia oblita remittūtur/⁊ gratia habita au=getur vel noua confertur.intellige ſi digne ſuſ=cipiatᷣ. Eſt et alius effcūs.qꝛ ſi ſit expediēs ani me ſuſcipientis:ſanitas corꝑalis ſibi reſtituitur virtute iſtius ſacramenti. Probanᷣ omnia p̄di cta ꝑ auctoritatē iam dictā Jacobi.v.ca. Infir=matur q̇s ex vobis inducat preſbiteros eccleſie vt orent ſuꝑ eum : vngentes eū oleo ſancto et alleuiabit eum dominus a languoribus ſuis.⁊ ſi in peccatis ſit:dimittenᷣ ei ⁊c.

Ca.v.quibus debet dari ſacramentū ex=treme vnctionis.

Ex predicta auctoritate colligiᷣ ꝙ iſtud ſa cramentū non debet dari niſi infirmis.qꝛ dicitur Jacobi.v.Infirmaᷣ q̇s ⁊c.Non aūt qui buſcūqꝫ infirmis:ſed ſolū illis qui ſunt in ꝑicu lo/et ſunt propinqui morti q̇ cū deuotione ante petierant iſtud ſacramentum/poſito etiā ꝙ ſint frenetici.Cū enī iſtud ſacramentū ſit ſacramētū exeuntiū:non debet dari exeuntibus vel illis q̇ parati ſunt ad exitū huius vite.

Ca.v.in quibus partibus corporis debet ſi

eri ſacramentū extreme vnctionis.

Uia purgata materia medicina debȝ applicari ꝑticule patienti: ideo materia peccati purgata per pñiam/iſtud ſacramētū quod eſt medicina contra debilitatem derelictam ex peccato vt dictū eſt: debet applicari membris: que ſunt organa ſenſuū per q̄ morbus peccati in animā intrat. Unde in ſacramento iſto debēt inungi oculi/aures/os/nares/manus/pedes/ꝛ renes. ita ꝙ ad oculos dicat̄. Per iſtā ſanctam vnctionem/et ꝑ ſuam pijſſimaȝ miſericordiā indulgeat tibi deus quicq̄d deliquiſti per viſum. Ad aures: per auditū. Ad os: per guſtum. Ad nares: per odoratū. Ad manus: per tactū. Ad pedes: ꝑ greſſum. Ad renes: per ardorē libidinis. premittendo in ſingulis/per iſtā ſanctā vnctionem ꝛc. Sed quid fiet de ceco a natiuitate: q̄ non peccauit ꝑ viſum/vel de ſurdo a natiuitate q̄ non peccauit per auditū/vel de claudo q̄ non peccauit per greſſum. nunq̄d debet inungi in iſtis membris? Dico ꝙ ſic. quia licet cecꝰ non peccauerit videndo: tamen forte peccauerit inordinate uiſum appetendo. Et idē dico de

ſurdo/et claudo Eſtimo etiã ꝙ quãꝗ̃ aliquis nõ haberet oculos vel alia membꝛa in quibus fit vnctio:deberet inũgi in locis circũuicinis ꝓp-ter rationem iam dictam.

Ca.vij.vtrũ extrema vnctio debeat iterari.

Um in iſto ſacramento non impꝛimit̃ ca-racter:manifeſtũ eſt ꝙ iſtud ſacramẽtũ po teſt iterari:cũ homo poſſit multotiens ad moꝛtẽ infirmari. Utrũ aũt in eadem infirmitate poſſit multotiens inungi? Dico ꝙ infirmitatũ quedã ſunt bꝛeuis terminationis. ſicut ſynochia/vel cauſon ꝛc. Tamẽ ſi recidiuaret aliq̃s:cũ recidiuũ ſit alia infirmitas a pꝛima:in recidiuo poſſet ite rato inungi. Alie ſunt infirmtates diuturne. ſi-cut tuſſis/febꝛis/ethica ꝛc. q̃ durant per annũ/ et plus. Et ſic cũ in talibus infirmitatibꝰ homo poſſit multotiens venire ad punctũ moꝛtis: in talibus poſſet iſtud ſacramentũ multotiens ite-rari. Et iſta eſt ſententia ſancti thome in quarto Dicit tamen ꝙ ſi inuenitur ſententia alicuius doctoꝛis in contrariũ:ꝙ non condemnat eã. Il lud aũt ꝙ dicunt quidam ꝙ ille qui fuit inun-ctus/ſi curet̃:non debet ſe poſtea balneare:eſt

quedam fatuitas.quia ſequeretur ꝙ epiſcopus cuius caput fuit inunctū criſmate non debet la‑uare caput:cū eius vnctio ſit dignior iſta Tamē quando aliquis infirmus inūgit̄:debet eſſe ibi aliquis miniſter qui cū ſtupa abſtergat locū vn‑ctionis:et poſtea illa ſtupa debet comburi

Tractatus.vij. prime partis pᷓncipalis eſt de ſacramento matrimonij.

Ca.i.quid ſint ſponſalia.

Xpedito cū dei adiutorio tractatu de ſa‑cramētis q̄ generāt/vegetāt/ nutriūt ꝓmouent/et reparāt hominē in vita ſpūali:reſtat tractandū de ſacramēto quod ꝓdu‑cit et generat eundē in eſſe/et vita corꝑali/ſcꝫ de ſacramento matrimonij.Quia vero libellus iſte eſt compoſitus ꝓpter ſimplices qui nō ſunt in iure tam canonico ꝙ̄ ciuili multū prouecti. Allegationes vero quorūcunqꝫ multorū iuriū tam de iure canonico ꝙ̄ ciuili q̄ in iſta materia pluſꝙ̄ in precedentibus tractatibus adducunt̄ ne ſimplicibus et minus ꝓuectis cōfuſionem in‑ducāt ab huiuſmodi allegatōibus quātū potero

abſtinebo:cuȝ ſimplices huiuſmodi allegatões
nec legere nec intelligere ſcirent. Quoniã aũt
ſecundũ philoſophũ diſpoſitio precedit formaȝ
ſic ſponſalia p̄cedunt mrimoniũ: ideo primo de
ſponſalibus eſt agendũ Circa ſponſalia ergo
conſiderãda ſunt quinqȝ. Primo q̇d ſint ſponſa
lia et vnde dicant̃. ſecundo qualiter contrahan
tur. tertio in qua etate contrahi poſſunt. quarto
q̇s ſit effectus ſponſaliũ. quinto quibus caſibus
diſſoluũtur ſponſalia. Sponſalia ſunt futura-
rũ nuptiarũ promiſſio. Ex qua diffinitione que
cõmunis eſt canoniſtis et legiſtis: patet ꝙ ſpon-
ſalia debent precedere matrimoniũ: ſicut p̄ſens
futurũ. Dicunt̃ aũt de ſpondeo ſpondes: quod ē
idem ꝙ promitto promittis.

Ca. ij. qualiter contrahant̃ ſponſalia.

Ontrahũt̃ aũt ſponſalia quatuor modis
Vno modo nuda ꝓmiſſione. ſicut quando
dicit̃. Accipiã te in vxorẽ/et accipiã te in virũ
Secũdo modo datis arris ſponſaliũ: puta pecu-
nia vel aliquibus aliȷs rebus. Tertio modo anu
li ſubarratione. Et iſtud dicit̃ vulgariter deſpon
ſatio: ſed ꝓprie ſubarratio nuncupatur. Quarto

modo interueniente iuramento:ita tamē ꝙ ſem-
per ſint verba de futuro/vt dictū eſt.qꝛ ſi eſſent
verba de preſenti:iam non eſſent ſponſalia ſed
matrimoniū.

Ca.iiij.in qua etate contrahantur ſponſalia.

Voniam poſt ſeptenniū/id eſt poſt etatē
ſeptem annorū tam pueri ꝙ̄ puelle incipi
unt habere diſcretionē q̄ requirit̄ in ſponſalibꝰ
contrahendis:ideo poſt ſeptenniū poſſunt cōtra
hi ſponſalia.Si vero ante ſeptenniū ipſi vel pa-
rentes eorū vice et nomine ipſorū ſponſalia cō-
trahant:nihil agunt:niſi dum venerint ad ſeptē
nium incipiant eis placere ex tūc valent/ita ꝙ
licet ſponſus non cognoſcat eā carnaliter:cōſan
guineā tamen eius non poterit habere in vxo
rem/nec econtra. Et nota ꝙ etas contrahen
di matrimoniū apta ī puella eſt.xij.annorū. In
puero vero.xiiij.Et ſi ante contrahant nō ē ma-
trimoniū:ſed tantū ſponſalia/niſi fuerint etate
nubili/vel ita propinqui: ꝙ poſſint carnaliter
cōmiſceri:cū tūc etatē videat̄ malicia ſupplere

Ca.iiij.quis ſit effectus ſponſaliū

Ponſalia contrahūt̄ duobus modis. quā

doq̨ʒ enī contrahunt̄ ſub conditione:quādoq̨ʒ pure.Si contrahant̄ conditione appoſita: pōt eſſe multis modis.quoniā aut conditio appoſi= ta eſt poſſibilis/aut impoſſibilis/aut neceſſaria. Si ſit īpoſſibilis/puta ſi diceret.Contrahā tecū ſi digito tetigero celū.Si ſit neceſſaria/puta ſi dicat Cōtrahā tecū ſi ſol oriat̄ cras:vel aliquod aliud ſimile.Iſte conditōes debēt haberi ꝓ nō adiectis/id eſt nō appoſitis.Si aūt conditio ſit poſſibilis:aut eſt honeſta:aut inhoneſta.ſi ſit ho neſta:puta quia dicit.Contrahā tecum ſi pater meus voluerit/vel ſi dederis mihi centū mar= cas.ſi conditio nō impleat̄:non tenetur mrīmo= niū conſummare:donec conditio fuerit adimple ta etiā ſi in contrahendo ſponſalia fuerit appoſi tum iuramentum.Et iſtud intellige ſemper niſi carnalis copula fuerit ſubſecuta inter eos. quia tunc dicitur verum matrimoniū inter eos eſſe: quoniam videtur conditionē receſſiſſe.Si vero conditio ſit inhoneſta/et ſit contra naturam/et ſubſtantiam matrimonĳ:puta quia dicit.Con= trabam tecū ſi procures tibi venena ſterilitatis vel ſi pro pecunia adulterandaʒ te tradas/vel

donec inueniā aliam pulchriorē. Iſta conditio vitiat contractū:ita ꝙ nō ſunt ſponſalia/nec matrimoniū. Si vero conditio ſit inhoneſta:non tamen eſt contra naturā matrimonij/puta quia dicit. Contrahā tecū ſi hominem interfeceris/vel furtum feceris/et ſimilia. Iſta conditio pro nō adiecta debet haberi/et eſt abicienda/et tenēt ſponſalia. Notandū tamē ꝙ licʒ dictū ſit ꝙ ſpōſalia poſſunt cōtrahi ſub conditione ꝓmiſſe pecunie:nō tamē pōt ꝓmitti pecunia ꝑ modū pene. et ſi ꝓmiſſa fuerit:nō tenet pene ꝓmiſſio/nec pōt repeti. vt ſi dicat̄ ſic. Niſi contraho tecū:dabo tibi centū marcas. non eni valet conditio pene: cū libera debeant eſſe cōiugia. ff. de ver. obli. l. tua. c. de ſponſalibus. Velut. Si aūt contrahant̄ ſponſalia pure/id eſt ſine conditione/et ſint ambo apti ad matrimoniū contrahendū:et in ſponſalibus contrahens interuenerit iuramentum: ſunt cōpellendi per excōicationē conſummare matrimnniū:niſi forte timeatur de vxoricidio/vel de aliquo alio periculo. Sed ſi alter eorū cōtraxerit cum alio per verba de preſenti: iniungetur ei penitentia de periurio et fide mētita.

et abſoluetur ab excōicatione. Si aūt non interuenerit iuramentū monendi ſunt matrimonium conſummare non cogendi. qꝛ inuite nuptie malos cōſueuerūt habere exitus. xxx. q. ij. ca. i. ⁊. ij. Si aūt neuter eſt in etate nubili: tenentur expectare donec veniāt ad annos etatis legitimos ad contrahendum matrimoniū. Et idem dico ſi vnus eſt in etate legitima; alius non. quia ille qui eſt in etate legitima: debet expectare alium vel ſi ſe mutuo abſoluerint: poterunt iudicio eccleſie ſeparari.

Ca. v. quibus caſibus ſoluuntur ſponſalia.

Exquo ſponſalia ſemel contracta ſunt: ſemper ligant. ita ꝙ ſi contrahant ſponſalia poſtmodū cū alia/⁊ non ſit ꝓceſſum ad carnalez copulam cū illa ſecūda: compellendus eſt redire ad primam. ſi vero cognouerit carnaliter ſecundā cū iam matrimoniū dicatꝰ: debet cū ſecunda manere/et non redire ad primā Soluūtꝰ aūt ſponſalia in octo caſibus. Primus eſt. ſi alter eorū vult tranſire ad religionē: quod poteſt facere altero inuito: etiā ſi fuerit matrimoniū ꝑ verba de preſenti contractū: dūmodo non fuerit ꝑ car

nalem copulam conſummatuȝ.Et ille qui rema
net in ſeculo:remanet abſolutus.et hoc quādo
alter fuerit ꝓfeſſus in religione.Habetur iſte
caſus extra de cōuer.cōiugia.ca.ex publico.ex
tra de ſponſa.duorū.licet preter ſolitū.Secūdꝰ
caſus eſt quādo ſponſus non inuenitur:quia ſe
transfert ad aliā regionem:tamen prius recep-
ta penitentia de periurio/vel fide mentita.aut
non ſeruata ſi per eum ſteterit matrimoniū quo
minus fuerit conſummatū.Habetur iſte caſus
extra de ſponſa.ca.Illis autē.Tertius caſus eſt
Si alter eorū poſt contracta ſponſalia incurrit
lepram vel paraliſim.aut oculos/manus/pedes
vel naſum amiſerit/vel quicq̄ ſibi turpius eue-
nerit.Ponitur iſte caſus extra de coniugio le-
proſorū.ca.Litteras.de iuramēto.ca.Queadmo-
dū.Quartus caſus eſt.Si ſupueniat affinitas/
puta ſi ſponſus cognouit conſanguineā ſponſe:
vel econuerſo.Et ad hoc probandū ſufficit ſola
fama.Habet̄ iſte caſus.vij.q.iij.Quidā deſpon
ſauit.extra de conſangninitate et affinitate.ca.
ſuper eo.Quintus caſus eſt.ſi mutuo ſe abſolue
rint.habetur iſte caſus extra de ſponſa ca.pre-

terea. Quidam tamen non recipiũt iſtum caſum
vnde dicunt ꝙ iſta decretalis allegata non eſt
decretalis. vel ꝙ loquitur de ꝓmiſſione comꝑa
tiua. Sextus caſus eſt. ſi alter eorũ fuerit forni-
catus. habetur iſte caſus extra de iureiurando.
ca. quẽadmodum. Septimus caſus eſt. quando
ſponſus de facto cũ alio/vel ſponſa cũ alio con-
traxerit ꝑ verba de preſenti. vel per verba de
futuro: et ſequatur carnalis copula: tũc ſoluũtur
ſponſalia propter maius vinculũ ſeu pactum ſu
peruenieus: ſed debet agere penitentiã de per
iurio/vel fide mentita. Ponitur iſte caſus extra
de ſponſa. ca. Conſuluiſti de ſponſa. ca. Tua nos
Octauus caſus eſt. quando minor ad etatem le
gitimam venit et petit abſolui a vinculo ſpon-
ſalium/et dari ſibi licẽtiã nubendi alibi. habet
iſte caſus extra de ſponſa. impu. ca. de illis. et
ca. a nobis. Nota ꝙ omẽs iſti caſus preter pri
mũ/quando ſcꝫ alter eorũ vult intrare religio-
nem: intelligendi ſunt de ſponſalibꝰ de futuro
que vere et proprie dicũtur ſponſalia. Nota
etiam ꝙ in duobus caſibus predictis ipſo iure
ſoluũtur ſponſalia. ſcꝫ quando intrat religionẽ

et quando contrahit matrimoniū cū alio/vel cū alia. In ceteris vero caſibus ſoluenda ſunt per iudicium eccleſie.

Sequitur ſecūda pars ſeptimi tractatus prime partis principalis q̇ eſt de matrimonio.

Cap. primum: quid eſt matrimoniū. et vnde dicatur.

Oſtq̄ tractatū eſt de ſponſalibus: dicēdum eſt de matrimonio. Circa quod cōſideranda ſunt octo. Primo q̄d eſt matrimoniū/et vnde dicatur. Secundo qualiter cōtrahitur matrimoniū. Tertio quando et vbi/et quibus verbis fuit inſtitutū. Quarto q̄ fuit cauſa inſtitutionis matrimonij. Quinto qui poſſunt contrahere matrimoniū. Sexto quot modis dicitur matrimoniū. Septimo quot ſunt bona mrīmonij. Octauo que impediūt mrīmoniū. Matrimoniū a doctoribus ſic diffinitur. Matrimonium eſt viri ⁊ mulieris legitima coniunctio indiuiduam vite conſuetudinē retinens. non aūt dicitur viri et mnlierū/nec virorum et mulieris. quia nec vn⁹ vir plures mulieres: nec vna mulier plures viros hr̄e poteſt. Dicit indiuiduam

vite ꝛc. hoc eſt ꝙ neuter abſq; conſenſu alteriꝰ poteſt continentiã ꝓfiteri/vel orationi vacare et ꝙ inter eos dum viuunt ꝑmanet vinculũ coniugale. Aliter diffinitur matrimonium ſic. Eſt viri et mulieris coniunctio/vite cõmunis conſortiũ/diuini et humani iuris cõmunicatio. Dicitur autẽ matrimoniũ de mater matris/et munio munis. vnde matrimoniũ eſt quaſi matris muniũ/id eſt officiũ. quia dat mulieribꝰ eſſe matres. vel ideo magis denominatur a matre ꝙ̃ a patre: quia eius officiũ magis apparet in matrimonio ꝙ̃ officium viri.

Ca. ij. qualiter contrahitur matrimoniũ

Solo aũt conſenſu contrahit̃ mrĩoniũ. qui ſi ſolus defit: cetera etiam ipſo coitu celebrata fruſtrant̃. Ex quo eni ꝑ verba de preſenti vir conſentit maritali affectu in mulierẽ ꝛ mulier in virũ ſine verbis conſuetis. vt ſi vir dicat Accipio te in meã vxorẽ. et ipſa reſpondeat: accipio te in virũ meũ. Vel ſi vir dicat. volo te de cetero habere in vxorem: ꝛ ipſa reſpondeat: volo te de cetero hrẽ in virũ. Vel q̇buſcunq; alijs verbis vel ſignis exprimat̃ cõſenſus: ſtatim eſt

matrimoniū. Verūtamen ſi loqui poſſunt cōtra-
hentes verba ſunt neceſſaria quantū ad eccleſi
am conſenſuꝫ mutuū continētia vel exprimētia

Ca. iij quando/et vbi/et quibus verbis fuit
inſtitutū matrimoniū.

A paradiſo terreſtri fuit mrīmoniū inſti-
tutū/et ante peccatū. Quibus aūt ver-
bis fuit inſtitutū: Dicūt aliq̄ ꝙ illis verbis Ge
neſis. ix. ca. Creſcite et multiplicamini et reple-
te terrā. Sed iſtud non credo verū. fuerūt eni il
la verba potius benedictio nubentiū. Unde di-
co ꝙ̄ verbis ade ꝓphetico ore prolatis fuit in-
ſtitutū: cū dicit. Nunc os ex oſſibus meis/et ca
ro de carne mea. propter hoc dimittet homo
patrē et matrē/et adherebit vxori ſue. et erunt
duo in carne vna: Vide de hoc ſupra in ſacra-
mentis in generali ca. i.

Ca. iiij. q̄ fuit cauſa inſtitutionis mrīmonij.

He ſunt cauſe principales inſtōnis matri
monij. licꝫ ſunt multe ſecūdarie. Prima
tamē principalis cā eſt ſuſceptio prolis. Et ꝓp-
ter hanc cauſam inſtituit deus mrīmoniū in pa-
diſo ante peccatū inter primos parentes: q̄bus

196

dixit geneſis.ix.ca. Creſcite et multiplicamini &c. Secūda cauſa eſt vitatio fornicationis. & iſta cā habet locū poſt peccatū. Et de iſta dicit apoſtolus.i.ad corin.vij.ca. Propter fornicationeꝫ vitandā: vnuſqſqꝫ vxorem habeat. & vnaqueqꝫ virū ſuū. Cauſe ſecūdarie ſunt multe/ſcꝫ pacis reformatio pulchritudo vxoris/diuitie/& ſciētia ita tamen ꝙ principalis intentio eorū qui contrahunt non feratur ad iſta: ſed ad duo prima principalia.

Ca.v.q̇ poſſunt contrahere matrimonium.

Omnis homo q̇ pōt conſentire in coniugalem effectū/& carnalē copulā exercere/niſi expreſſe ꝓhibeatur: pōt contrahere mrimoniū. Dico q̇ conſentire poteſt. q̇a licꝫ puer infra etatem illegitimā conſtitutus: hoc eſt infra.xiiij.annū/& puella infra.xij. dicant verba apta ad matrimoniū contrahendū: q̇a cōſentire nō poſſunt nullū eſt matrimoniū. extra de ſponſa.ca.tue fraternitati. Similiter ille q̇ inſanus eſt/vel furioſ⁹ licet dicat verba requiſita ad matrimoniū cōtrahendū: non contrahit. qꝛ conſentire non poteſt xxx.q.ij. neqꝫ furioſus. Et hoc verū q̄diu eſt in

furia cōſtitutus.quoniā ſi aliquādo habeat lucida interualla/et aliquādo redit ad ſanā mentē nubere pōt/et teſtari.Et omnia q̄ alij poſſunt:poteſt ⁊ ipſe facere.vt codice de codicil.l.nec codicillos.vij.q.i.ꝙuis.Dico etiā q̇ carnalē copulā pōt exercere.quoniā ille q̇ caret virga virili vel vtroqꝫ teſticulo/vel q̇ eſt naturaliter frigidus: contrahere non pōt.extra de frigi.et malefi.c. ꝙ ſi.Dico etiā niſi expreſſe ꝓhibeatur.q̇a edictū de mrimonio contrahendo eſt ꝓhibitoriū. ideo omnis cui non ꝓhibetur:contrahere pōt. extra de ſponſa.ca.Cū apud ſedem. Prohibentur enī aliqua propter votum/et etiam propter ordinem.et ita in alijs impedimentis de quibus dicetur infra. Nota ꝙ matrimoniū pōt contrahi inter abſentes per procuratores.ſicut factum fuit inter regem vngarie/et dominā albam filiam regis frācie.

Ca.vi.quot modis dicitur matrimonium

Matrimoniū dicit̄ multis modis.Nam aliud eſt legitimū:aliud clādeſtinū. Matrimoniū legitimū eſt quando ab his qui ſuper feminā habent poteſtatē vxor petit̄ a parētibus

ſponſat̄/et legibus dotat̄/ac a ſacerdotibus(vt moris eſt)benedicit̄/et a paranimphis cuſtodi tur/ac ſollēniter accipitur.non tamē intelligas ꝙ ſine iſtis ſollēnitatibus non poſſit eſſe verum matrimoniū.Sed ſicut eſt in alijs ſacramētis ꝙ quedā ſunt de neceſſitate ſacramēti: quedā aūt de ſollennitate tantū:ita in matrimonio quedā ſunt ꝑtinentia ad ſubſtantiam matrimonij.ſicut conſenſus ꝑ verba de preſenti expreſſus.et iſte ſolus facit matrimoniū.Quedā aūt ſunt ad ſollē nitatē et decorē.ſicut ſollēnitates predicte ſine quibus eſt matrimoniū verū et legitimū quan= tū ad virtutē/q̄uis non quantū ad honeſtatē. Clamdeſtinū mrīmoniū eſt quādo fit ſine ſollen nitatibus predictis.Et qui ſic contrahunt expo nunt ſe magno periculo.Poſſet enī alter alterū dimittere quando vellet/et de facto cū alio vel alia contrahere/et ſic in adulterio manere.Vn= de talibus conſulendū eſt in foro conſcientie vt de nouo in facie eccleſie contrahāt. Itē mri= moniorū aliud eſt initiatū:aliud ꝑfectum ſiue cō ſummatū per carnalem copulam:initiatū vero ꝑ verba de preſenti. Notandū tamen ꝙ mrī

moniū pōt eſſe perfectū duob⁹ modis.Vno mō
ſanctitate:alio modo ſignificatione . Mrimoniū
ergo poteſt eſſe perfectuꝫ ſanctitate ante carna
lē copulā.vnde aug.ad quandā q̄ ſimul ꝛ ſemel
cū marito ſuo votū emiſerat caſtitatis dicit ſic
inter cetera.Non q̄a temperabatis pariter a
cōmixtione carnali:ideo maritus tu⁹ deſiderat
eſſe:immo tanto ſanctius cōiuges manebatis:
quāto ſanctiora concorditer placida ſeruabatis
Sed mrimoniū non eſt pfectū ſignatione ante
carnalem copulā.Coniunctio enī corpis viri et
mulieris ſignat coniunctionē diuine nature et
humane in perſona filij dei.Vide de hoc ſupra
de ſacramētis in generali ca.i.Et ſic ſoluit̄ iſta
queſtio:vtrū inter beatiſſimā virginē mariam ꝛ
ioſeph fuerit pfectum ſanctitate mrimoniū. Di-
citur enī ꝙ fuit perfectū ſanctificate:ſed non ſig-
natione.Quidā dicūt mrimoniū initiatū p ſpon-
ſalia de futuro.ratū per conſenſum de preſenti/
conſummatū per carnalem copulam.Item mri-
moniorū:aliud eſt legitimū ꝛ non ratū:aliud ra
tū et non legitimū.aliud ratū et legitimū. Ma
trimoniū legitimū et nō ratū eſt inter infideles

Et dicitur legitimū quia legali inſtitutione ⁊ ꝑuincie moribus non contra iuſſionē domini cōtrahitur:ſed non eſt ratum.q̄a ſine fide fit. vnde auguſtinus.Non eſt ratū coniugium quod ſine deo eſt.Matrimoniū ratum et non legitimū eſt quod fit inter fideles perſonas:ſed ſine debita ſollennitate contrahitur.Matrimoniū ratum et legitimū eſt quod inter legitimas ⁊ fideles perſonas cū debita ſollennitate eſt contractū .

Ca.vij.quot ſunt bona matrimonij .

Bona matrimonij principaliter ſunt tria. ſcꝫ fides/proles/et ſacramentū.Fides attendit ne poſt vinculū cōiugale cū alio/vel alia coeatur.Secundū in prole vt ametur/ſuſcipiat et religioſe educat.Tertiū in ſacramēto vt coniugiū non ſeparetur.Et nota ꝙ duo prima bona quādoqꝫ ſunt in mr̄imonio/quandoqꝫ non. Tertiū vero inſeparabiliter adheret matrimonio

Ca.viij.quod in ſe continet.xvi.ca.eſt de impedimentis matrimonij.

Impedimenta matrimonij ſunt.xij.q̄ impediunt matrimoniū contrahendū/et dirimunt iam contractum.Si enī ipſa vel aliquid

ipſorū precedant matrimoniū:conſenſum coniu-
galem excludunt. Si vero ſequantur mattrimo-
niū:nullū preſtant impedimentū.ſicut patz per
iſta exempla. Furioſus non pōt contrahere ma-
trimoniū.ſi tamen poſtq̄ contraxerit efficiatur
furioſus:nō propter hoc ſoluit̄ mrimoniū. Itez
qui habet vtrūqz teſticulū ſectū/id eſt euulſum
non poteſt contrahere matrimoniū.ſi vero poſt
q̄ contraxerit ſcinderetur:non propter hoc ſol-
uitur matrimoniū. Et ita intelligendū eſt de ali-
is impedimentis matrimonij:q̄ in his verſibus
continent̄. Error/conditio/votū/cognatio/cri-
men. Cultns/diſparitas/vis/ordo/ligamen/ho
neſtas. Si ſis affinis/ſi forte coire neq̄bis. Hec
facienda vetant:cōnubia facta retractant. Pre-
ter aūt iſta duodecim impedimenta q̄ impediūt
matrimoniū contrahendū et dirimunt iam con-
tractum. Sunt alia q̄ impediunt contrahendum
ſed non dirimunt contractū.ſcz tempus feriarū
et interdictum eccleſie.verſus. Eccleſie vetitum
necnon tempns feriarum. Iſta vetant fieri:per-
mittunt facta teneri. Que qualiter intelligi de-
beant:dicendum eſt de vnoquoqz eorum

Ca.i.de impedimento erroris.

Numeratis omnibus impedimentis erro-
ris:dicenduꝫ eſt de quolibet ipſorum.Et
primo de impedimento erroris perſone:q̄ ex
ſui natura:non ex inſtitutione eccleſie mr̄imoni
alem conſenſum excludit.quoniā qui errat:non
conſentit.vt.ff.de iur.o.iudi.l.vi.ꝑ errorem.et
errantiū volūtas nulla eſt.vt.C.de iuris ⁊ facti
ignorantia.l.cū ꝑ teſtamentū.et.l.non idcirco.
Unde ſi vir vel mulier erret in matrimonio con
trahendo:nullus eſt conſenſus/qui ſolus facit
matrimoniū. Nota tamen ꝙ triplex pōt eſſe
error circa perſonā. Unus ipſius perſone.vt ſi
de petro credatur ꝙ ſit guillermus:erratur cir
ca perſonā.Alius eſt error fortune.vt ſi de pau
pere credat̄ ꝙ ſit diues.Tertius eſt error quali
tatis.vt ſi de ignobili credat̄ ꝙ ſit nobilis/vel
de corrupta ꝙ ſit virgo.modo error ꝑſone im-
pedit matrimoniū.vt ſi credens contrahere cū
petro cōtrahat cū guillermo.vel credens cōtra-
here cū martha contrahit cū maria:nullū ē ma
trimoniū.Error aūt qualitatis ⁊ fortune:nō im-
pedit mr̄imoniū.verbigratia.Aliq̄s contrahit

cū aliqua credens eā eſſe virginem/vel filiam regis:et tamen ipſa eſt corrupta/vel filia ruſtici tenet matrimoniū. vel credit contrahere cū diuite:et contrahit cū paupere :tenet matrimonium. xxix. q.i. ca. his ita ⁊c.

Ca. ij. de impedimento conditionis.

Impedimentū conditionis introductū eſt ab eccleſia in fauorē libertatis. Et de hoc breuiter eſt tenendū: ꝙ ſi libera contrahat ſciēter cū ſeruo/vel liber cū ancilla:tenet mrīmoniū inter eos. Si vero libera contrahat cuꝫ ſeruo ignoranter: quia credit ipſum eſſe liberū/vel liber cū ancilla: quia credit eam eſſe liberā:nullū eſt matrimoniū inter eos/ſi hoc ignoranter egerint niſi poſtꝙ̃ alter nouerit conditionē alterius eſſe talem conſentiat in eū vel eā verbo vel facto/vel carnali copula. Nota tamen ꝙ error deterioris conditionis interimit mrīmoniū contrahendū/et dirimit iā contractū:non aūt error paris/vel melioris. vt ſi ſeruus contrahat cum ſerua quā credit eſſe liberam/vel cū libera quā credit eſſe ſeruā: quia non decipitur/nec habet quod obiciat ei. De conditionibus appoſitis in

matrimonio.vide ſupra de ſponſa.ca.iiij.quia
idem eſt iudiciū hic et ibi.

Ca.iij.de impedimento voti.

Circa impedimentū voti nota:ꝙ intelligi
tur de voto continentie/ſiue de votu caſti
tatis.Circa quod notandū ꝙ duplex eſt votum
continentie.Nā quoddā eſt ſimplex:aliud ſollē-
ne.Votū ſimplex impedit mrīmoniū contrahē-
dum:ſed non dirimit iam contractū.Quomodo
aūt votū ſimplex ſit ſollenne:licet olim altrica-
tio fuerit inter doctores:tamen hodie eſt decla
ratū per dominū bonifaciū.viij. extra de voto/
⁊ voti redemp.ca.vnico.li.vi.vbi dicitur ꝙ vo
tū ſollenniſatur quantū ad dirimendū matrimo
niū duobus modis.Vno modo per ſuſceptionē
ſacri ordinis/ſcilicet ſubdiaconatus/diaconatꝰ
et preſbiteratus.Alio modo per profeſſionem
expreſſam/el tacitam factam alicui de religio-
nibus approbatis.Promoti ergo ad ſacros or
dines et religioſi non poſſunt contrahere ma-
trimoniū. Nota penalem inſtitutionē in con
ſtitutionibus domini clementis pape contra re
ligioſos contrahentes matrimoniū de facto ſci

licet ꝙ ſunt excōicati et irregulares: nec poteſt cū eis niſi per ſedem apoſtolicam diſpenſari

Ca.iiij. de impedimento cognatōis carnalis

Ognatio eſt triplex. quedam eſt carnalis: quedā ſpūalis: et quedam legalis. Et primo videndū eſt de cognatione carnali q̄ naturaliter alias precedit: ⁊ iſta vocat̄ conſanguinitas. Videndū eſt ergo q̄d eſt conſanguinitas/et vnde dicat̄. q̄d eſt linea conſanguinitatis. quot ſunt linee/quot gradus/et quō computantur/et vſq; ad quem gradū mrīmoniū prohibeatur. Conſanguinitas eſt vinculum perſonarū ab eodem ſtipite deſcendentiū/carnali ꝓpagine cōtractū. Stipitem dico illā ꝑſonam a qua aliqui duxerunt originē. ſicut adam fuit ſtipes chaim et enoch/et eorū q̄ deſcenderunt ab eis. Dicit̄ aūt conſanguinitas a con quod eſt ſimul et ſanguis/quaſi cōmunem ſanguinem habētes/vel de vno ſanguine ꝓcedentes. Linea eſt ordinata collectio ꝑſonarū conſanguinitate cōiunctarū ab eodem ſtipite deſcendentiū/diuerſos gradꝰ continens. Linee ſunt tres/ſcz aſcēdentiū/deſcēdentiū/et tranſuerſaliū. Prima ſcz aſcendentiū

eſt illorū a quibus traximus originē.ſicut pater
mater/auus/ aua/ꝓauus/ꝓaua/abauus/aba-
ua.Secūda ſcʒ deſcēdencium eſt illorū qui dux
erunt originem a nobis:ſicut filius/filia/nepos
neptis/pronepos/ꝓneptis/abnepos /abnep-
tis.Tertia eſt tranſuerſaliū/ſiue collateraliū.et
iſta eſt a quibus non duximus originē:nec ipſi
a nobis.vt frater/ſoror/filij duorū fratruʒ qui
dicunt patrueles/filij duarū ſororū/qui dicunt
conſobrini/et eorū filij et nepotes uſqʒ ad quar
tū gradū.Nominant iſta.xxxv.q.v.primo gra
du. Et nota ꝙ due linee deſcendentes faciunt
vnā lineam tranſuerſalem.vt patʒ in hoc exem
plo.filij duorū fratrū attinent ſibi linea tranſuer
ſali.et quilibet ipſoruʒ in recta linea deſcendit
ab auo eorū cōmuni/qui fuit ſtipes cōmunis a
quo traxerunt originem.et ſic de omnibus alijs
eſt intelligendū. Nunc ergo dicendū ē quid
ſit gradus. Pro quo ſciendū ꝙ aliter cōputant
gradus canoniſte/⁊ aliter legiſte.Nā ſecundū
canoniſtas due ꝑſone in linea tranſuerſali faci-
unt vnum gradū.Sed ſecunduʒ legiſtas queli
bet perſona facit vnum gradū.vtputa duo fra-

tres ſunt in vno gradu primo ſecunduȝ canoni
ſtas:q̇ ſecūdū legiſtas ſunt in duobꝰ .⁊ ſic de ſin
gulis. Sed q̇a iſtud paruȝ aut nihil facit ad ꝓ
poſitum ideo dimittatur:et videamus q̇d ſit gra
dus. Gradus eſt habitudo diſtantiū ꝑſonarum
qua cognoſcit̃ quota generatōis diſtantia due
ꝑſone inter ſe differunt. Gradus itaqȝ in linea
aſcendenti ſic cōputantur. Pater et mater ſunt
in primo gradu. auus/aua ſunt in ſecundo. pro
auus/proaua in tertio. abauus/abaua in quar
to. In deſcendenti aūt ſic cōputantur. filius et fi
lia ſunt in primo gradu. nepos/neptis in ſecun
do. ꝓnepos/proneptis in tertio. abnepos/ab
neptis in quarto. In trāſuerſali vero linea com
putant̃ ſic. Duo frēs ſunt ī primo gradu. filij du
orū fratrū in ſecundo. nepotes eorundē ſcȝ duo
rū fratrū in tertio. ꝓnepotes eorū in quarto. vl
tra quē gradū nulla cōputatur hodie cōſangui
nitas/vel protendit̃ quantū ad mrīoniū impe
diēdum. licȝ antiquitꝰ ꝓtenderet̃ vſqȝ ad ſep
timū gradū. Videndū eſt igit̃ ſecunduȝ iſtā do
ctrinā qualiter conſanguinitas cōputanda ē in
ter aliquos. Cū eni vis ſcire de aliq̇bus/puta

de bartholomeo et bertha quoto gradu conſanguinitatis attinent ſibi. Accipe aliquē communē ſtipitem a quo ambo traxerunt originē. verbigratia. Petrus generauit iacobum et iohannem qui fuerunt fratres: ecce primus gradus. vel ſi non potes ſcire quis ſit pater eorū: dices. Jacobus et iohannes ſunt fratres qui (vt dictū eſt) faciunt primū gradum et hoc ideo dico. qꝛ fratres ſunt ſemꝑ ponendi in primo gradu. ſicut frater et ſoror/ et due ſorores. Procede ergo in cōputatione. Jacobus et iohānes fuerunt frēs: qui (vt dictū eſt) faciunt primū gradum. Jacobꝰ generauit andreā: ecce ſecūdus gradus andreas generauit philippū: ecce tertius gradus philip. generauit bartholomeū: ecce quartus gradus. de quo nunc agit̄. Modo reuertetur ad iohannē q̇ fuit frater iacobi: et ꝓcede ſic. Jacobꝰ et iohannes (vt dictū eſt) fuerunt frēs. iohannes genuit thomā: ecce ſecundus gradus. thomas genuit berthā de qua nunc agit̄: ecce tertius gradus. vides ergo quō bartho. et bertha ſibi attinent ex vna ꝑte in tertio gradu/ et ex alia i quarto. et hoc loquēdo vſualiter. q̄a ſecundū ve

ritatē nō attinēt ſibi niſi ī quarto gradu.⁊ ſic nō pōt eſſe mrīoniū inter eos. Illud idē faciendū ē de illis q̇ magis vel minus vicini ſunt in cōſan guinitate.dicēdo tales ⁊ tales attinēt ſibi in tali gradu. Et ꝙ ita numerādi ſūt grad⁹/⁊ numerā de ꝑſone:colligit̄ exp̄ſſe ex illis duab⁹ decreta libus.extra de conſan.et affi.c.Tua nos.⁊ extra de teſtib⁹.licꝫ q̇dem. Sꝫ pone ꝙ due ꝑſone attinent ſibi ex vna ꝑte in ſecūdo/vel in tertio gradu.et ex altera in q̇nto:nūq̇d poterūt cōtra here mrīoniū inter ſe? Dico ꝙ ſic.qꝛ ſemꝑ ſtan dū eſt remotiori ꝑſone in conſang.et affi.extra de conſang.et affi.ca.Inter. In hoc eni caſu re motioꝛ ꝑſona exiſtit extremitas cōſanguinitatis vnde nō attinēt ſibi ex quo cōſanguinitas eſt in ter eos extra quartū gradū conſaguītatis inclu ſiue.qꝛ ſicut antiq̇tus omnis cōſanguinitas ter minabat̄ in ſeptīo gradu:ita hodie ī quarto ter minat̄. Ex p̄dictis ptꝫ ꝙ omnis cōſanguinitas īpedit ⁊ dirimit mrīoniū vſqꝫ ad quartū gradū conſanguītatis incluſiue/⁊ nō vltra Et intellig e in trāſuerſali linea:nō aūt in aſcēdēti.qꝛ ī illis ī infinitū extendit̄ cōſanguinitas incluſiue:ſꝫ in

tranſuerſali vſqꝫ ad quartū ꝑtenditur conſanguinitas et vltra.quaſi dicat ꝙ quintus gradꝰ aperit poꝛtam ad matrimoniū .

Ca.v.de cognatione ſpirituali

Viſo de cognatione carnali:videndū ē de cognatōe ſpūali.Unde vidēdum eſt quid ſit cognatio ſpūalis/et quot ſunt eius ſpecies/ꝛ quō impedit mrīonium/et in q̄bus ſacramētis contrahiẗ. Cognatio ſpūalis eſt ꝓpinquitas ꝓueniens ex ſacramēti datione/vel ſuſceptione verbigratia.Sacerdos baptiſat puerū:tu ſuſcipias eum:vterqꝫ veſtrū eſt pater ſpiritualis pueri/ꝛ eſtis cōpatres.pꝛout legiẗ.iij.q.i.Omnis

Species cognationis ſpūalis ſunt tres.Pꝛima diciẗ cōpaternitas.ſecūda paternitas.ꝛ iſta attendiẗ inter illum q̇ ſuſcipiẗ:et eum q̇ ſuſcipit id ē inter patrinū/ꝛ puerū.tertia diciẗ fraternitas/ꝛ iſta attendiẗ inter filium tuū ſpiritualē/et filios tuos carnales.Cōpaternitas diciẗ a con quod eſt ſimul ꝛ paternitas quaſi ſimul vel cōis paternitas.Nā vnus cōpater ſemꝑ ē ſpiritualis ꝛ alius carnalis. Reſtat ergo videre q̇d iuris de mrīmonio talium.et pꝛimo de cōpaternitate

Notandū ergo ꝙ duplex eſt compaternitas:
quia quedā eſt directa/ſcꝫ illa quā ego contra⸗
ho ꝑ meipſuꝫ:et illa impedit mrioniū.vt ſi ego
ſuſcipio filiū berthe mulieris/vel ipſa meū:nū⸗
ꝗ̄ potero eā habere in vxorem.et ſi accipio eā:
ſeparandū eſt matrimoniū. Ita dicit̃ extra de
cogna.ſpūali.c.veniens. Alia dicit̃ compater⸗
nitas indirecta ſiue emergens.ſcꝫ illa quā vnꝰ
coniugū poſtꝗ̄ ſunt vna caro effecti contrahit
ꝑ actū alterius.ſicut illa quā contraho ꝑ actū vx
oris mee poſtꝗ̄ eſt a me carnaliter cognita.ſicut
ſi vxor mea ſuſcipit filiū aliquorū/ambo paren⸗
tes pueri ſunt cōpatres mei:ꝗ̄uis ego non ſuſ⸗
cipiā eū.quoniā cōicant ſibi cōiuges adinuiceꝫ
actiones.Et de hoc ponitur euidentiſſimū exem
plū in quadā decretali de cognatiōe ſpūali.ca.
martinus.vbi dicit̃.Martinus duxit bertham
et leonardus brigidā.poſt mrioniū leonardus
leuauit de ſacrofonte filiū martini et berthe.de
mū mortui ſunt leonardꝰ ⁊ bertha:remanſerūt
martinus et brigida cui maritus ſuus leonar⸗
dus acquiſierat cōpaternitatē per filiū martini.
queritur vtrū prefatus martinus poſſet contra

g 12

here mrimoniū cū prefata brigida. Et domin9 papa reſpondit q̄ nullo mō. Et ſic patz ꝙ compaternitas tam directa ꝙ indirecta impedit matrimoniū contrahendū: et dirimit iam contractum

Modo videndū eſt de paternitate ſpūali que attendit̄ inter ſuſcipientez et ſuſceptū / id eſt inter patrinū et matrinū / filiolum vel filiolaz. Et dicendū eſt ꝙ nunꝗ poteſt eſſe mrimoniū inter tales. ⁊ ſi de facto cōtraxerint ſunt ſeꝑandi. xxx. q. i. de eo quod interrogaſti. xxiij. q. ij. Si qs cū matre ſpūali. Ultimo videndū ē de fraternitate ſpirituali que attendit̄ inter filiolū et filiolā / et filiū / vel filiā / patrini vel matrine carnales. Et licet doctores antiqui varia dixerūt circa iſtaz materiā: tamen firmiter / et ſine vlla dubitatione tenendū eſt ꝙ omnes filij duorū compatrū / ſiue ante compaternitatē / ſiue poſt geniti: poſſunt legitime mrimonialiter copulari: excepta illa ꝑſona mediante qua peruenſū eſt ad compaternitatē. qa illa nunꝗ poteſt mrimonialiter copulari alicui filiorū ſui patris ſpūalis. iij. q. iij. ſuper quibus. extra de conſanguinitate ſpūali. ca. i. et ca. Laudabilem. et ca. tua nos. Item notan-

dum ꝙ cōpater poteſt licite accipere in vxorem filiam compatris ſui/niſi ſit illa mediante qua compatres effecti ſunt.xxx.q.iij.Illud Solet etiā queri vtrū aliquis poſſet habere duas cō=matres in vxores/ſcꝫ vnaꝫ poſt aliā? Ad quod dicendū ꝙ refert vtruꝫ cōmaternitas precedat matrimoniū vel ſequat̄. Si precedat:licite po=teſt habere duas cōmatres ī vxores. verbigrā Maria et martha ſunt cōmatres. poſtea marti=nus contrahit cū maria et cognoſcit eam: et ea mortua poteſt contrahere cū martha. Et cauſa eſt:quia per vnionem carnis ſequentē non tran ſitur ad vnionem ſpūs precedentem .xxx.q.ij Poſt obitū. Si aūt cōmaternitas ſequat̄ matri=moniū/ſuple per carnalem copulā conſummatū: tunc diſtingue. quia ſi vxor tua ſuſcepit filiū al=terius:tunc illa cuius filius ſuſcipitur efficitur cōmater tua per factum vxoris tue. ⁊ ſic mortua vxore tua non poteris eam habere in vxorem. Et eandem compaternitatē intelligas acquiri vxori per virū. Si vero filiuꝫ vxoris tue(quem de alio viro genuit)aliqua mulier de ſacro fon=et leuauerit/vel ad confirmationem tenuerit

214

corā epiſcopo: illa mulier ē cōmater vxoris tue et non tua. quia non fuit ibi cōmaternitas acq̄ſi ta vnde mortua vxore tua poteris eā habere i vxorem. Idem eſt ſi filius tuus quē de aliqua muliere genuiſti ſuſcipiat̄ ab aliquo: q̄a non eſt acquiſita cōpaternitas vxori tue. Et in hoc caſu ſicut in alio poteſt habere duas cōmatres in vxores/ et aliqua duos cōpatres i maritos. Qui mihi vel cuius mea natum fonte leuauit. Hec mea cōmater: fieri mea non valet vxor. Si qua mee natū: non ex me fonte leuauit. Hanc poſt facta mee non inde vetabor habere. Cōpater eius nati cōiungi non ꝓhibent̄. Ambas cōmatres facit actio/ paſſio nuꝑ̄. Notandū etiā ꝙ laicus non pōt contrahere mrioniū cū illa quā baptiſauit. Et ſi de facto contraxerit mrioniū: ē diſſoluendū. extra de cogna. ſpūali. li. vi. c. nedū

Item nota ꝙ filius ſacerdotis vel alterius viri q̄ baptiſauit puellā: non poteſt contrahere cū illa puella. vt ca. preallegato. nedū. Notādum inſuꝑ ꝙ ſolū ꝑ ſacramentū baptiſmi et confirmationis contrahit̄ cognatio ſpūalis q̄ impedit mrimoniū cotrahendū: et dirimit iā contra

ctū.p cathecismū aūt licet contrahat̄ cognatio talis q̄ impediat mrimoniū contrahendū nō tamen contrahit̄ q̄ dirimat iā contractū.extra de cognatione ſpūali per cathecismū.li.vi.

Ca.vi.de cognatione legali.

Dia cognatio legalis(que adoptio dicit̄) vix aut nunq̄ habetur in vſu:et parū tractatur de ea i iure canonico:ideo de hac ſuperſedeo quo ad nunc.

Ca.vij de impedimento criminis

Riminū quedā impediūt matrimoniū contrahendū:ſed non dirimūt iam contractū. ſicut ſunt inceſtus/vxoricidiū/raptus aliene vxoris/ſollēnis penitentia.et ſi qͣs inſidiando matrimonio ꝓpriū filiū de fonte ſuſceperit vt poſſet priuare vxorē/vel vxor virū debito carnali et copia ſui.Itē homicidiū p̄ſbiteri omnia iſta crimina/et forte multa alia crimina impediunt matrimoniūt contrahendū:ſed non dirimūt iā contractū immo ſi ſint adoleſcentes et timeatur de eorū incontinentia: eccleſia debet eis dare licentiā nubendi.extra de eo q̄ cognouit vxorē ca.ex litteris. Sunt aūt tria crimina q̄ non ſo

lū dirimunt mrīmoniū contrahendū: immo diri
mūt iam contractū. Primū quando aliq̄s adul
terat̄ cū aliqua cōiugata/et ipſe vel alia machi
nat̄ cū effectu in mortē mariti ipſius adultere/
vel mulier cū qua vir fuerit adulteratus machi
nat̄ in mortē vxoris viri adulteri/vel ipſe adul
ter vt ſimul contrahāt. In hoc caſu contrahere
non debent.ꝛ ſi cōtraxerint:ſunt ſepandi. xxxiij.
q.i.Si quis viuente.extra de eo q̄ duxit in ma
trimoniū quā polluit ꝑ adulteriū.ca..ſupꝑ eo.ꝛ.c.
i.ꝛ.ij.Secūdū eſt ſi adulter p̄ſtet fidē adultere ꝙ
ducet eam poſt mortē legitimi eius mariti /vel
adultera adultero poſt mortē vxoris viri adul=
teri.xxxi.q.i.Relatū.ꝛ in omnibus predictis ca
pitulis.Tertiū eſtquādo non preſtat fidē de eā
ducendo:ſed priucipaliter eā ducit/et cū ea cō
trahit.q̄a(vt ait celeſtinꝰ papa)Plus eſt ducere
ꝙ̄ fidem dare de ducēdo.extra de eo qui ducit
in mrioniū quā polluit per adul.ca.cū habere.
et ca.ex litterarū.Et iſtū caſum intellige quādo
primū mrīmoniū eſt verū et legitimū.quoniā ſi
non fuerit verū/ſed putabatut eſſe verū:nulluꝫ
preſtat impedimentū ſecūdo mrīmonio.Si ve=

ro nullus caſuum predictorū interuenerit: bene pōt q̇s contrahere cū illa quā polluit ꝑ adulteriū. Nota etiā ꝙ ſi mulier q̄ contrahit cū coniugato ſcit eſſe coniugatū nunq̄ poteſt eū hrē etiā poſt mortē vxoris. Si aūt ignoraret eū eſſe coniugatū immo crederet eū eſſe ſolutū/nō obſtante eo ꝙ contrahit cū eo viuēte vxore legitima poterit contrahere cū ea poſt mortē vxoris legitime. extra de eo q̇ ducit vxo. in mrimo. quā pol. per adulteriū. ca. ꝓpoſuiſti. et ca. veniens. extra de ſponſa. ca. cū apoſtolica ⁊c.

Ca. viij. de impedimēto diſparitatis cultus.

Ad hoc vt mrimoniū ſit ratū/et legitimuȝ oportet ꝙ vterqȝ coniugū ſit fidelis. fidelis enī nō pōt cōtrahere mrioniū cū iudea/ſarracena/gentili/vel pagana: et ſi contraherit de facto. nō eſt mrimoniū. Sponſalia tamē pōt fidelis cū infideli cōtrahere ſub iſta forma vel cōditione ꝙ infidelis conuertat̃ ad fidelē. xxxviij. q. ij. ca. chriſtiane. Infidelis aūt poteſt cū infideli contrahere. dū tamē ſint eiuſdē ritus/ſcȝ iude⁹ cū iudea/ſarracenus cū ſarracena. Sȝ pone alter cōiuiugū conuertit̃ ad fidē/alter remanet

in infidelitate quid fiet de iſtis? Dico ꝙ ſi infi-
delis non vult contrahere cū fideli/vel ſi vult
habitare:non tamē vult ſine contumelia creato
ris/vel ſine hoc ꝙ trahat eū ad infidelitatē / vel
ad peccatū mortale.in iſtis tribus caſibns cōtu-
melia creatoris ſoluit ius matrimonij quātū ad
fidelem.et pōt fidelis licite cōtrahere.extra de
diuor.c.q̄tomagis.et.c.gaudemus.nec eſt dif-
ferentia quātū ad hoc vtrū cōuerſus fuerit iude
us vel paganus.q̇a idē ius eſt hodie in vtriſqꝫ
extra de conuerſione infideliū.ca. Interrogaſti
Si autē infidelis vult cōtrahere cū fideli abſqꝫ
aliquo predictorū caſuum/ꝛ fidelis vult cohabi
tare ſecum:bene facit.vt dicit apoſtolus.i.ad co
rin.vij.Si vero non vult cohabitare ſecū:nō eſt
cōpellendus cōtrahere.tamen illo vel alia viuē
te:non poterit contrahere cū alio/vel alia:cum
adhuc duret mrīmoniū.vt ptꝫ in p̄allegato de-
creto.Interrogaſti. Sed q̇d vnus iudeus/
vel paganus contrahit cū conſanguinea ſua ſe
cundum ritum ſuum:poſtea conuertit͛ ad fidem
nunq̇d poſt cōuerſionem remanebit tale mrīmo
niuꝫ? Dico ꝙ ſic:dummō non cōtraxerint in gra

dibus a lege diuina ꝓhibitis.q̄ ponuntur leui
tici.xviij.Quia infideles non arcent̄ canonicis
inſtitutōibus/et p̲ ſacrū baptiſma non ſoluūtur
coniugia ſed crimina dimittunt̄.Itē vnus pa:
ganus plures habens vxores cōuertitur ad fi:
dem:nunq̇d retinebit omnes vxores/vel ſolum
vnā ex illis:Dico ꝙ ſolū retinebit illā q̄ primo
fuit vxor eius.q̇a nulla aliarū fuit vere ei⁹ vx:
or.Si aūt alter cōiugū labat̄ in hereſim/vel i
infidelitatē:ille q̇ manet in fide non pōt contra:
here:ſed tenetur continere. qꝛ licet in iſto caſu
magis appareat cōtumelia creatoris ꝙ̄ in prin
cipio mrionij:tamē fideliuꝫ ratum eſt:ꝛ nullo ca
ſu ſup̲ueniente pōt diſſolui. qꝛ quos deus con,
iunxit:homo non ſeparet.Mrīmonium aūt infi
delium non eſt ratum:ideo pōt legitime diſſolui
ſi alter cōiugum cōuertatur ad fidem.extra de
diuor.ca.quātomagis.circa finem.ꝛ preallega
to ſuperius.

Ca.ix.de impedimento violentie.

Iolentia de ſui natura etiā ſine conſtituti
one eccleſie impedit mrīmoniū:q̇a exclu
dit cōſenſum liberum q̇ ſolus facit mrīmonium.

nam vbi metus vel coactio interuenit:nō poteſt
conſenſꝰ locū habere.extra de ſponſa.c.cū locū
xxxij.q.ij.Sufficit.Et qꝛ magna eſt differentia
inter vim et metū:ideo videndū eſt quid ſit vis
vel coactio/et quid metus/et q̄ violentia excu=
ſet/et quis metus.Vis ſiue coactio/vel violen=
tia q̄ pro eodem accipio eſt maioris rei impetꝰ
qui repelli non poteſt.ff.ꝙ metus cā.li.i.Metꝰ
eſt inſtantis/vel futuri ꝑiculi mētis trepidatio.
vt dicit in eodē li.i.Vis/coactio/vel violentia
q̄ ꝓ eodem accipio alia leuis:alia violenta.Le
uis non excludit cōſenſum mrīmonialē:ſed vio=
lēta excludit eū.Ar.li.di.preſbiteros.extra de
ſpon.c.veniens.Violenta coactio eſt cū aliquis
capit/inuitus trahit/ducitur/vel ligatur.Itē
metus alius cadit in conſtantē virū:alius non.
Ille q̇ cadit in conſtantē virū excuſat ⁊ excludit
conſenſum mrīonialē.ff.ꝙ metus cā.l.metus.ex
tra eodē ti.c.i.⁊.iij.relatū.extra de ſpon.ca.ij.
Metus cadens in conſtantē virū eſt.ſicut metꝰ
mortis/cruciatus corꝑis/ſeruitus et ſtupri.ver
ſus.Excuſare metus hos poſſe putaqꝫ noſtis.
Stupri ſiue ſtatus verberis atqꝫ necis. No

tandū ꝙ vnus metus poſſet cadere in vna ꝑſo-
na q̇ non caderet in alia. ſicut talis metus cade-
ret in me q̇ non caderet ī rege. quia non eſt ve
riſimile homines clare dignitatis ꝓpter metū
in vrbe timuiſſe. vel ꝙ rex metu parui militis ti
meat. ff. ꝙ metus cā. l. nō eſt veriſimile. Verun-
tamē ſi per aptiſſimas ꝓbationes conſtaret de
metu/repelliť preſumptio q̄ contra eū eſt: vt di
ciť ibidem. et ſic iudex ſecundū ſtatū ⁊ diuerſita
tē ꝑſonarū/temporū/⁊ locorū iudicabit qualis
ſit metꝰ vel violentia: ⁊ ſecundū hoc iudicabit
pro mrīonio/vel cōtra Notandū tamē ꝙ qua
liſcūqꝫ ſit metꝰ vel violētia: ſi mulier q̄ allegat
metū vel violentiā ſteterit ꝑ annū et dimidium
cū viro/vel ſi cōſenſerit in carnalē copulā: nō de
bet poſtea audiri ſi alleget metū vel violentiā.
extra de ſpon. ad audientiā. Et de his q̇ ma. ac
po. c. In ſuꝑ abieciſti. et de eo qui ducit in ma.
quā ꝑol. per adul. ca. conſignificamus.

Ca. x. de impedimento ordinis.

Ordinū (vt dictū eſt ſupra) q̇dam ſunt mino
res ſicut oſtiariatus/lectoriatus/exorci-
ſtatus/⁊ accolitatus. ⁊ iſti nō impediūt mrīoniū

contrahendum/nec dirimunt iā contractū. Alij ſunt maiores/ſcz ſubdiaconatus/diaconatus/et preſbiteratus/. et iſti impediunt mrīonium con trahēdum ⁊ dirimunt iā contractū. q̇a iſtis ordi nibus votuz ſollēne pnie eſt annexuz. extra de voto ⁊ voti redemptione ca. ꝙ votum. li. vi.

Ca. xi. de impedimento ligaminis

Impedimētum ligaminis eſt iſtud. ſcz cū q̇s ē ligatus alteri vxori: quod adeo ſem per fuit validuz ꝙ anteq̄ꝫ aliqua cōſtitutio eccle ſie ſuꝑ hoc emanaret: nunq̄ꝫ alligatus vxori po tuit aliam recipere/nec nunq̄ꝫ hoc licuit abſqꝫ ſpēali diſpenſatione dei q̇ fuit inſtitutor mrimo nij. ſicut diſpenſauit deus cum abrahā/iacob/⁊ alijs priarchis. Sed quoniā aliq̇s pōt eſſe liga tus vni ꝑ ſponſalia tātum/et alteri ꝑ mrīmoniuz ideo vidēdum eſt quid ſit iuris in vtroqꝫ. Pro quo notandū ꝙ ſi q̇s contraxerit mrionium vel ſponſalia cuz aliqua per verba de futuro: nō de bet contrahere cū alia/nec alia cū alio: ſꝫ dēt di mittere ſecundā/et redire ad primā. Sed ſi con traxerit cū alia/vel alia cū alio ſponſalia ꝑ ver ba de preſenti/vel ꝑ verba de futuro/et ſecuta

fuerit copula carnalis:tunc mrioniuƺ debet ſta
re cū ſecunda/vel ſecundo.etiā ſi ſponſalia con:
tracta cū prima fuerint iuramento vallata.ſed
debet agere pniam de periurio ⁊ fide mentita.
extra de ſpon.du.c.i.et de ſpon.ſicut ex litteris
Si aūt eſt alligatus alteri vxori mrionialiter/⁊
non ſecuta ſit inter eos carnalis copula poteſt
alter altero inuito religionē intrare.⁊ q̇ manet
in ſeculo:poteſt cū alia/vel alio contrahere.ex:
tra de conuer.cōiuga.ex publico.de diuor.ve:
runtamē poſt conſenſuƺ.Et de ſpon.duorū.licet
p̄ter ſolitū.Si aūt fuerit inter eos ſecuta carna:
lis copula/nunq̄ q̄diu vixerit poſſunt ſeinuicē
dimittere:niſi cā fornicationis.⁊ tunc ſi ſe dimi
ſerint/aut reconciliēt:aut remaneāt innupti q̇a
ſecundū verbū ſaluatoris math.v.Si alteri nu
pſerint:mechanī Sƺ pone q͏ vxor credit ma
ritū ſuū eſſe mortuū/et contrahit cū alio:poſtea
ille reuertitur:q̇d fiet? Dico q͏ q̄diu ita credit/
nec q͏ ipſe reuertitur:ipa excuſat ab adulterio
et fornicatione ꝓpter ignorantiā facti.et filij ſi
quos ſuſceperit ex ſecūdo:iudicantur legitimi.
Sƺ ſtatim q͏ prim⁹ reuertitur debƺ recedere a

ſecundo et redire ad primū:quod ſi non fecerit:
adultera iudicatur.xxxiij.q.ij.cū per bellicā.c.ſi
virgo.Sȝ q̇d ſi vir non reuertitᷣ/vxor tamē cre
dit eū viuere/q̇d faciet: Nō exiget debitū a ma
rito quē accepit:reddat tamē exigenti: Iſtud cō
ciliū ſibi datur.extra de ſecū.nup.domin⁹ ac re-
demptor Itē pone ꝙ vir ierit ad ſarracenos
in exercitū vel in regionē longinquā non reuer
titᷣ/neſcit vxor vtrū ſit mortuus/vel viuus:q̇d
faciet ipſa: Dico ꝙ q̈tumcūqȝ ſit iuuēcula cōtra
here non pōt:donec ſit certificata de morte ma-
riti.extra de ſpon.ca.in preſentia. Sed qualiter
certificabitᷣ: Dico ꝙ ꝑ iuramentū illi⁹ ſub quo
militauit/vel etiā ſociorū q̇ eius mortem noue-
runt.Et ſecundū leges adhuc debet expectare
per annū poſt iuramentū anteq̄ nubat.ſecundū
vero canones ſtatim poſt iuramētū preſtitū po-
teſt contrahere.extra de ſecū.nup.ca.ſuꝑ ſpecu
la.Et ad hoc facit illud apoſtoli.i. corin.vij.ſcȝ
mortuo viro nubet mulier cui vult in domīo. Et
ibero.etiā octauas nuptias nō condemnat:im-
mo approbat.xxxij.q.i aperiant.
¶.xij.de impedimēto publice honeſtatis iuſtitie

Publice honeſtatis iuſtitia eſt impedimē
tū ab ecclia introductū ꝓpter eiꝰ honeſta
tē.Cuius due ſpēs antiq̇tus erant:nūc aūt eſt
vna tantū q̄ cōtrahit̄ ex deſponſatiōe.puta ſi q̇s
deſponſauerit puellā.vij.annoꝝ.licꝫ eā non co:
gnoſcat:nullꝰ tamē de conſanguītate eius viri:
poterit eā hꝛē in vxoꝛē.nec ip̄e aliā de conſan:
guinitate mulieris.extra de ſpōſa.ca.Juuenis
Ideo dixi.vij.annoꝝ.qꝛ ſi ante ſeptenniū ſpō-
ſalia pura ⁊ recta/id ē ſine cōditione contrahāt̄
nullū pꝛeſtant impedimentū.nec ſunt alicuius
momēti:niſi poſt ſeptenniū appꝛobauerint ipſa
extra de ſponſa.impu.c.litteras.⁊.c.acceſſit.No
ta etiā ꝙ declaratū eſt hodie de iure nouo ꝙ li-
cꝫ ſponſalia ſint nulla rōne cōſanguinitatis/affi
nitatis/fraternitatis/aut religiōis/aut frigidi-
tatis/aut quacūqꝫ alia cā:dummō nō ſint nulla
rōne etatis:pꝛeſtāt impedimentū publice hone
ſtatis iuſtitie.extra de ſponſa.impu.ca.i.li.vi.

Ca.xiij.de impedimento affinitatis

Affinitas eſt ꝓpinq̇tas ꝑſonarū ex carnali
copula ꝓueniens omni carens parentela
Dixi ex carnali copula:q̇a tam ꝑ foꝛnicatiā ꝙ̄

226

per mrioniālez copulā cōtrahit affinitas.xxxv q.iiij.nec eā.extra de eo q̇ cognouit conſan vxoris ſue.diſcretioni.Et de conſang.et affi.tue fraternitati.Et licz olim eſſent tria genera affinitatis:hodie tamē primū genus ſtat tantū.ſecūdo ⁊ tertio de medio ſublatis Notandū ergo ꝙ primū genus affinitatis contrahit ex perſona addita conſanguinitati ꝑ carnalē copulā iuxta illā regulā q̄ dicit. Perſona addita ꝑſone per carnis ꝓpagationē mutat gradū attinētie:ſed non mutat gen⁹.perſona vero addita perſone per carnis coniūctionē/ſiue copulā mutat gen⁹ attinentie:ſz non mutat gradū.verſus. Mutat nupta genus:ſed generata gradū.Et vt meli⁹ intelligas:ponatur exēplum. Ecce ego ⁊ ſoror mea ſumus vna conſanguitas. Accipiat ſoror mea maritū/vel amaſiuz ſcz petrū. Iſte petrus q̇ eſt perſona addita conſanguitati mee per carnis coniunctionē mutat gen⁹ attinentie:ſed eſt michi affinis in primo gradu/ſicut ſoror mea. Et idē intelligas de maritis/⁊ amaſiis omniū conſanguinearū mearū.qr in quoto gradu conſanguinitatis ipſe attinent mihi:in toto gradu

affinitatis viri vel amaſii earū attinent mihi.
Et q̄ dixi de maritis/ꝛ amaſſijs conſanguinea=
rū mearū:intelligas etiā de vxoribus ꝛ amaſſijs
conſanguineorū meorū.qꝛ in quoto gradu ipſi
ſunt mihi conſanguinei:in toto gradu ſunt mi=
hi affines.Nam ſi aliq̇s eſt mihi conſanguine
us in ſecundo gradu:vxor eius/vel amaſia ſua
eſt mihi affinis in ſecundo gradu . Idem dico
de cōſanguineis vxoris mee.q̇a in quoto ſunt
ei conſanguinei in toto ſunt mihi affines.ꝛ oēs
conſanguinei mei ſunt affines vxoris mee in il
lo gradu in quo ſunt mihi conſanguinei. Ideo
notandū ꝙ ſicut cōſanguinitas vſqꝫ ad quartū
gradū impedit mrīoniū contrahendū ꝛ dirimit
iam cōtractū:ita affinitas vſqꝫ ad eundē gradū
facit hoc idem. Notandū inſuꝑ ꝙ cū gradus
affinitatis habeant ortū ex conſanguinitate:cū
dubitať de affinitate aliquorū recurrenduꝫ eſt
ad illā ꝑſonam mediante qua fuit ventū ad affi
nitatē.et requirenduꝫ eſt in quoto gradu diſtat
ab illa perſona de qua agitur ſecundū modū ſu
pra aſſignatū de cōſanguinitate:vbi diciť quō
ſunt computandi gradꝰ in conſanguinitate.qꝛ

in quoto gradu diſtant in cōſanguinitate:in to⸗
to diſtant in affinitate.Nota etiā ꝙ licet vxor cō
ſanguinei mei ſit mihi affinis:tamē filius quem
ſuſcipit ex conſanguineo meo non eſt mihi affi
nis:ſꝫ conſanguineus.ſed ſi ipſa haberet filiuꝫ
ex alio q̊ mihi non attineret:ille filius nec mihi
eſſet affinis/nec conſanguineus.filius aūt con⸗
ſanguinei vxoris mee erit mihi affinis ſicut pa
ter ſuus ſꝫ nō in illo gradu.qꝛ ſi pater ē in pri⸗
mo gradu:filius erit in ſecūdo.Nota vlteri⁹ ꝙ
licet moriat̄ cōſanguineus meus mediāte quo
contrahit̄ affinitas:ꝑſona tamen q̄ ſuꝑuiuit re⸗
manet mihi affinis.Sciendū aūt ꝙ licꝫ dictū ſit
ꝙ affinitas contrahit̄ ꝑ concubitū fornicariū:
intelligendū eſt ſi fiat ordine et mō nature.quo
niā ſi aliquis cognoſceret aliquā contra naturā/
hoc eſt ſi aliquis extra vas debitū pollueret ali
quā/ꝙuis talis pollutio ſit execrabilis/crimino
ſa/⁊ damnoſa nulla tamē ex tali cōcubitu cōtra
hit̄ affinitas.q̄a talis cōcubitus nō facit cōmix⸗
tionē/nec carnis vnitatē ꝑ quā contrahit̄ affini
tas.Et idē mihi videt̄ dicendū ꝙ ſi aliq̄s inua
ſit clauſtrū pudoris alicui⁹/vel poſuit virgā vi

rilē infra membrū muliebre:nō tamē ꝑuenit ad
cāſummationē opis ꝙ ex hoc nulla cōtrahatur
affinitas.Ita dicūt rap.et hoſtien.qꝛ cōmixtio
ſeminis rq̄ritur ad affinitatē contrahendā.

Ca.xiiij.de impedimento impotētie coeundi

Inter alia impedimēta mrionij impoten-
tia coeundi obtinet maximū locū:quia cō
trariatur directe ex natura ſui mrimonio quod
ordinatur ad ꝓlem ſuſcipiendā/et fornicationē
vitandaꝫ.et vterqꝫ iſtorū contrariatᷣ impoten
tia coeundi q̊a vero non omnis impotētia hoc
facit:ideo videndū eſt q̊d ſit impotētia coeūdi:
quot ſunt eius ſpecies/et q̄ impedit mrionium/
⁊ q̄ non.Impotētia coeūdi eſt viciū anime vel
corꝑis/vel alterius quo q̊s impeditᷣ alteri car-
naliter cōmiſceri.Spēs ipſius impotenttie ſunt
multe.alia ē naturalis:alia accidētalis.Natura
lis:vt frigiditas in viro/artatio in muliere/de-
fectus etatis in puero.Accidentalis vt caſtra-
tio/maleficiū quod ſit per quedā maleficia que
dicuntᷣ porte/vel fracture.Itē naturalis impo-
tentia:alia tēꝑalis/alia ꝑpetua.Naturalis im-
potentia ſi eſt temporalis impedit mrimonium

230

pro tempore quo durat.ſicut defectus etatis in
puero.q2 q̃diu eſt minoris etatis:non poteſt cō
trahere mrimoniū.xxx.q.ij.ca.i.extra de frigi.
et maleſi.quod a ſedē.vide ſupra de ſpon.c.iiij.
Naturalis impotentia.ſicut frigiditas in viro.
ſi ſit ꝑpetua impedit mrīmoniū contrahendū:ꝛ
dirimit iā contractū.xxxiij.q.i.ca.ij.extra de fri
gi.et maleſi.ca.laudabilē fidez.De artatione q̄
eſt in muliere ita dicas.quoniā ſi pōt ei ſubueni
ri beneficio medicine/vel ꝑ continuū vſum cuz
homine conuenietis ſtature/non impedit mrio
niū cuz illo a quo pōt carnaliter cognoſci.extra
de fragi.et maleſi.c.ex litteris. Et nota ꝙ ſi
propter artationē ſeparatur ab eo qui eam cog
noſcere non pōt:et ꝑ aſſiduuz vſum alterius cui
ſe copulauit ſit facta idonea primo:ſeꝑanda eſt
a ſecūdo/et reddenda eſt primo.extra de frigi
et ma.c.fraternitati.Si vero ſit talis artatio ꝙ
ei nullo mō ſubueniri poſſit beneficio medicīe
impedit mrīoniū contrahendū:ꝛ dirimit iā con-
tractū.vt in p̄dictis ca.ex litteris/ꝛ fraternitati
habet̄.Si aūt ſit impotētia accidētalis.ſicut ca
ſtratio:firmiter tenendū eſt ꝙ talis impotentia

impedit mrimoniū contrahendū et dirimit iam
contractū.extra de frigi.et malefi.ca.per ſedē.
De maleficio aūt diſtingue.q̄a aut eſt temꝑale
aut perpetuū.ſi ſit temꝑale:nullū preſtat impe=
dimentū.ſi ſit perpetuū impedit mrioniū contra
hendū/et dirimit iā contractū.xxx.q.i.ſi per ſor
tiarios. Si queratur quō ſciet an ſit temꝑale/
vel perpetuū: Dico ꝙ a principio omne malefi
ciū reputatur temꝑale:ſed ex quo per trienniū co
habitauerūt dantes ſtudioſe operā carnali co=
pule/ſi adhuc durat maleficij impedimētū:repu
tatur maleficiū perpetuū. Notandū tamē ꝙ
illud quod dictū eſt de caſtratione ⁊ maleficio:in
telligendū eſt quādo precedunt mrimoniū qr ſi
ſequantur mrioniū nullū preſtant impedimentū
xxx.q.vij.Illi qui ſani.extra vt li.non conteſt.
Quoniā frequenter.ff.de iure do.l.ſ.Et idez in
telligendū eſt de quolibet alio impedimēto. Et
intellige omnia q̄ dicta ſunt de mrionio fideliuz
q̄a de mrimonio quod eſt inter infideles:nihil
ad nos. De diuortio quod fit ꝑ iſta impedimē=
ta nihil ad preſens dico.qr iſtud pertinet ad of
ficiales/et prelatos:non aūt ad curatos quib⁹

dirigitur iſte libellus

Ca.xv.de impedimento tempoꝛis feriarum

Jcto de impedimētis q̄ impediunt mrīo⸗
niū cōtrahendū/ꝛ dirimūt iā contractū:di
cendū ē de impedimētis q̄ impediūt cōtrahen
dū ſꝫ nō dirimunt iā contractū.Et iſta ſunt duo
puta tēpus feriarū/et interdicti ecclie.Circa tē
pus feriarū notandū ē ꝙ tpe feriarū poſſunt cō
trahere ſpōſalia/ꝛ etiā mrīoniū:quod ſolo cōſen⸗
ſu cōtrahit̄.ſcꝫ traductio voxoꝛis/nuptiarū ſol
lēnitas/carnalis copula ꝓhibent̄.xxxiij.q.iij.c
Nō optet.ꝛ.ca.non liceat.extra de mrīonio con
trac.cōtra interdic.ecclie.c.ex lrīs.Et nota ꝙ tē
pus feriarū ē ab aduētu domī vſqꝫ ad octauas
epiphanie.et a.lxx.vſqꝫ ad octauas paſche.ꝛ a
tribꝰ diebus ante aſcēſionē domini incluſiue vſ
qꝫ ad octauas pētecoſtes.extra de feriis.capel⸗
lanus.verſus.Coniugiū ꝓhibet aduētus:hila
riqꝫ relaxat.Septuagena vetat:octaua paſche
relaxat.Rogamē reſtat:cōcedit trina ptās.Jtē
Aſpiciēs/veterē/circū/quaſi/q̇s benedicta.Ad
uēt/ſeptuage/vetāt rogatio nuptū.Octaua ſtel⸗
le/paſcheqꝫ relaxāt.

Ca.xvi.de interdicto eccleſie.

Circa interdictū ecclie iſtud firmiter tenē
dū eſt: ꝙ quādo aliq̄s ꝓhibet̄ cōtrahere
cū aliqua vt qꝛ forte dicit̄ cōſanguinea/vel affi
nis eiꝰ/vel ſpōſa alterius:non dēt cōtrahere.ſꝫ
forte ſi cōtrahat(niſi aliud ſit impedimentū ꝙ̄ in
terdictū ecclie impediat)poſſunt ſimul manere ⁊
nō ſunt ſeꝑandi.Argumētū cōtra hoc in primo
caſu/ſcꝫ ꝓpter cōſanguinitatē ſeparat̄ mrīoniū
de cōſan.⁊ af.c.non dēt.Et etiā in ſecūdo ſcꝫ ꝓp
ter affinitatē ſeꝑatur.vt in.c.ex lrīs.⁊.c.ſponſa
extra de ſponſa.Et ſimiliter in tertio/ſcꝫ quādo
alter contrahentiū eſt ꝑ verba de p̄ſenti alteri
deſpōſatus/ſi contrahat poſtea:dirimit̄ ſecūdꝰ
contractꝰ.extra de ſponſa.duorū.ca.accepiſti.⁊
c.licet.Solutio.dicendū ꝙ non ſunt ſeꝑandi niſi
ad tempꝰ vt agant pniam:quia mandatū eccle
ſie contempſerūt.Et ita expreſſe dicit̄.extra de
ſponſa.c.de muliere.extra de matri.cōtrac.con=
tra interdictū eccleſie.c.litteras.Et ita ſunt in=
telligēdi omēs canones q̄ dicūt eos ſeꝑandos
fore.qꝛ exponendū eſt non ſemꝑ:ſꝫ ad tempus
Sane vt diuerſa circa hanc materiā mrīmonij

euitentur pericula:ſtatutū fuit in concilio gene
rali vt cū mrīonia fuerint contrahenda in eccle
ſijs a preſbiteris publice preponat̄ cōpetenti
termino prefinito vt infra illud tempus q̇ volu
erit et valuerit:legitimuꝫ impedimētum appo-
nat.Et ipſi preſbiteri nihilominus inueſtigent
vtrū aliquod impedimentū obſtet.Cū aūt appa
ruerit probabilis cōiectura contra mrīmoniū cō
trahendū:cōtractus expreſſe prohibeat̄ eis do
nec q̇d ſit faciendū ſup̱ eo/manifeſtis conſtiterit
documētis.Si aūt parrochialis ſacerdos iſtud
facere contempſerit/vel q̇libet regularis q̇ mrī
monio clandeſtino interfuerit:per trienniū ab
officio ſuſpendat̄ grauius puniendus ſi culpe
qualitaꝫ poſtulauerit.Sed ex his q̄ taliter co-
pulari contempſerint etiā in gradu conceſſo cō-
digna penitētia iniungat̄.Si q̇s aūt malicioſe
contra mrīmoniū legitimū impedimentū obie-
cerit:preter pnīam quaꝫ debet agere de pc̄tis:
canonicā non debet effugere vltioneꝫ.et iſtud
optime ſeruatur in eccleſijs gallicanis vbi per
tres dies dominicos/vel per tres dies ſollēnes
anteq̄ꝫ contrahat̄ mrīmoniū indicit̄ in eccleſia

ꝙ ſi aliquis aliquod impedimentū ſciuerit ꝓpter quod mrīoniū non debeat fieri:illud propo nat.⁊ iſtud vocāt bannā in francia.Et quicūqꝫ iſtis bannis pretermiſſis contrahunt:ſunt excō municati.vnaqueqꝫ tamen eccleſia in ſuo ſenſu abundet.Et hec de mrīonio ſufficiant.Et ſic ter minatur prima perticula hui⁹ libri in quo de omiſſis et minus bene dictis veniam petens: obſecro lectorem beniuolum/et contra ſagittas detractoruꝫ clipeū orationis opponens/minus bene dicta corrigat et emendat.

Finit prima pars huius libelli manipuli curatorū q̄ verſatur circa ſacramenta/et eorū adminiſtrationē. Incipit ſecunda pars principalis in qua agit̃ de pnīa/et de his q̄ pertinēt ad confeſſionē audiendā/et pnīarum impoſitionem q̄ in quatuor tractatus diuiditur

PROLOGVS.

Erus deus ac pius ſamaritan⁹/dulcis ieſus/q̄ vinū et oleū infudit in vulneribus ſauciati ab iheruſalem in iherico deſcendentis/qui incidit

in latrones/ſtatū ruināqꝫ peccati eius medelā/
ac remediū inſigni ac mirabili ꝑabola declara:
uit. Iheruſalē enī(q̄ viſio pacis interpretat̃) in
nocentia baptiſmalis ē ꝑ quā barſabee(q̄ pute:
us ſanitatis dicit̃/id eſt anima cuiuſlibet xp̄ia:
ni baptiſmalis aque puteo ſatiata/vero ⁊ pacifi
co ſalomoni pio ſcꝫ ihū/q̇ eſt vera pax/faciens
vtraqꝫ vnū iuxta verbū ꝓphete: deſponſatura
in fide cōgrue repreſentat̃. Iherico vero(q̄ lu:
na interpretat̃:q̄ nunq̄ in eodeꝫ ſtatu ꝑmanet)
ſtatū peccati quo homo ſtultus/id ē pctōr(teſte
ſapiente)velut luna mutatur: euidentiſſime pre
figurat. A iheruſalem ergo in ihericho homo
deſcendens eſt peccator q̇ baptiſmalē innocen:
tiā deferens ꝑ deuia vitiorū prolabit̃:et deſcē
dit. et ſic ab inferni latronibus ſpoliatur bonis/
ſeu donis gratuitis/et in naturalibus ſauciat̃.
Nunc aūt pietatis et miſericordie oculis reſpi:
ciens dominꝰ noſter ihūs xp̄us pro eius ſana:
tione de ſummis celorū ad ima mundi deſcēdit
et in vtero intemerate virginis carnē aſſumēs
et ſauciati vulnera in ara crucis alligans/funi:
culis caritatis vinū modificantis vel mortificā:

tis pnīe et oleū indulgentie clementer infudit
in ipſis. In cuius rei teſtimoniū ſiue ſignū ſue
ſalutifere p̄dicationis exordiuꝫ iſto ſalubri ac
ſuauiſſimo themate inſigniuit. Penitentiā agi
te: appropinquabit enī regnū celoruꝫ. vbi indi
cit pnīam: et ꝑ ea patriā repromiſit. demū ope
(quod pater ſibi dederat) cōſummato: ſauciato ſci
licet hoīe ſanato: ne eū abſqꝫ cuſtode deſererꝫ
ipſum ſauciatū cōmendauit ſtabulario/id eſt ſa-
cerdoti curato. et dedit ei duos denarios/ſcilicꝫ
duas claues eccleſie q̄ ſunt diſcernendi ſcientia
et ſoluendi atqꝫ ligandi ptās. quas adhibens
dixit: curā illius habe. Ut ergo ſacerdotes qui
non ſunt multuꝫ in iure canonico/vel ſacra the
ologia prouecti aliquam notitiaꝫ habeant: per
quā poſſent inter leprā et leprā diſcernere/ et
ſic penitentie ſalutaris miniſtrare medelā: in ſe-
cunda parte huius operis aliqua ex diuerſorū
doctorū ſententijs/et maiorū meorū dictis dili-
genti ſtudio vt melius ac breuius potui: cōpila
ui. vt ſi aliquādo neophiti et minus prouecti cu
rati in foro pnīe dubitauerint: iſtud opuſculuꝫ
ſit eis qualecunqꝫ introductoriū et directiuum.

hoc aūt non preſumens de viribus ꝓprijs(cū
nulle ſint)ſꝫ confidens de clementia ſaluatoris
qui bene omnia faciens ſurdos fecit audire/et
mutos loqui. Unde lector affectū meū conſide-
rans me lingua toxicata non mordeas.ſꝫ ſi ali
qua inuenias vtilia:ea attribue ſoli deo.minus
aūt vtilia/vel prorſus inutilia mihi.et ea fruēs
caritate:corrigas et emendes.

Tractatus primus ſecūde partis eſt de peni
tentia in generali habens quatuor capitula.

E penitentia ergo tractaturus primo di-
caꝫ aliqua de pnia in generali:poſtea di
cam de qualibet eius parte in ſpeciali. Et pri-
mo q̇d ſit penitentia/ꝛ vnde dicatur/ꝛ quot ſint
ſpecies eius.ſecundo de pn̄ia ſollenni. tertio de
publica pn̄ia.quarto de pn̄ia priuata

Ca.i.quid eſt pn̄ia/et vnde dicatur/et quot
ſunt ſpecies eius.

Enitentia ſecundū ambro.ſic diffinit̄.Eſt
preterita pc̄tā plangere: ꝛ plangenda nō
iterū cōmittere.Secundū aūt aug. diffinitur ſic
Pn̄ia eſt quedā doloris vindicta puniens in
ſe quod ſe dolet cōmiſiſſe.Et dicit̄ pn̄ia de pe-

na pene/ꝛ teneo tenes quaſi pene tentio inꝗtū ſcꝫ penitens per penā quā ſuſtinet punit ſe ꝑp ter illicita que cōmiſit. ꝓbant̄ iſta de pe.diſt. iij.circa prici.auguſt.li.v.reſpon.Vel aliter diſ finit ſic. Pnia eſt quedā res optima et perfecta omnes defectus reuocans ad ꝑfectū.Verū licet a doctoribus varie et multe ponant̄ diſtinctio⸗ nes de penitentia:quomō ſcꝫ eſt virtus/et quo mō ſacrāmentū.Moueant̄ etiā circa hanc mate riā queſtiones multe.omnibus illis omiſſis que magis confuſionem ꝙ̈ edificationē continent a nimatū:de diffinitione pnie eſt agendū Sci endū ergo ꝙ penitētia vno modo diuidit̄ ſicut genus in ſpecies.Alio modo ſicut totū in ꝑtes Prima diuiſio eſt. Penitentiarū:alia eſt ſollen⸗ nis/alia publica/alia priuata.

Ca.ij.de penitentia ſollenni

Circa penitentiā ſollennem quatuor ſunt notanda. Primo qualis/vel q̄ ſit eius for ma.Vnde ſciendū ꝙ iſta penitētia non dicitur ſollennis:qꝛ fit in publico/ſed qꝛ imponit̄ cū ta li ſollennitate.Vnde ſciendū ꝙ feria quarta i ca pite ieiunij/id eſt in die cinerū illi q̄ debent a⸗

2.40

gere penitentiā iſtā:preſentant ſe in eccleſia co:
rā epō et ſacerdotibus.Et epūs premiſſa aliqua
monitione oſtēdit eis grauitatē et enormitatē
peccatorū ſuorū.Et indutos illos cilicio eijcit il
los de ecclīa cantādo illud reſponſoriū.gen.iij.
ca.In ſudore vultꝰ tui ꝛc.Et ſic ſunt extra eccle
ſiā vſq; ad diē cene:qua die recipiunť ꝛ admit
tunť ad ingreſſum eccleſie:nō tamē ad cōionē
quouſq; ſunt ꝑ epm reconciliati.Et de hoc ha
beť plane et ꝑfecte.l.diſ.in capite.Secundo no
tanda eſt rō huius ſollēnitatis q̄ ē triplex.Vna
ad exemplar ꝛ terrorē aliorū.alia ad erubeſcē
tiam delinquentiū.alia eſt ad ſignificationē eie
ctionis ade de paradiſo.vnde cū grādibꝰ ſuſpi:
rijs et gemitibus debet eis epūs denūtiare ꝙ
ſicut adaz ꝓpter peccatū ſuū fuit eiectus de ꝑa
diſo:ita ipſi propter peccatū ſuū eiciunť ab ec:
cleſia.Et ideo ſicut habeť.xxvi.q.v.ca.vl.talis
pnīa non eſt iterāda.Et ſic intelligiť verbū btī
ambro.de pnīa.diſ.i.Qui dicit ꝙ ſicut vnicū ē
baptiſma:ita vnica eſt pnīa.q̄a loquiť de pnīa
ſollēni q̄ non debet iterari:niſi de conſuetudine
alicuius eccleſie aliq̄d aliud obtineret.tūc enī

poſſet ſine piculo iterari.de peni.diſ.iiij.ex perſo
na. Tertio notandū ꝓ quibus criminibus et
quibus pſonis debꝫ imponi iſta pnia. Unde ſci
endū eſt ꝙ non debet imponi niſi pro graui/et
enormi ac vulgariſſimo crimie.quod totā cōmo
uerit vrbē vel cōitatē.nec debꝫ imponi clerico
niſi depoſito.et q̇ ſemel eā egerit:non pōt pro=
moueri ad ſacros ordines/nec miniſtrare in or
dine ſuſcepto.li.diſ.c.ex penitentib⁹.xxxvi.illi
teratos. Ratio aūt huius ꝓhibitōis eſt quadru
plex. Prima eſt ordinis excellentia.q̇a nō ſunt
digni ſuſcipe vaſa ſacrorū/id eſt ordines q̇ du=
dū fuerūt vaſa vitiorū.licet enī peccatū deletū
ſit p pniaꝫ:remanet tamē aliqua cicatrix.id ē a
liqua irregularitas q̄ ipꝫ impedit a ſuſceptōe ſa
cri ordinis. Secūda cāē timor labēdi ex priſti
na cōſuetudine cōſurgens.ferēs enī memorādi
criminis labē:non habꝫ ſacerdotij lucidā digni=
tatē.l.xi.di.in ſacerdotibus Tertia cā eſt ꝓpter
ſcandalū populi. Cū enī talis pnia nō imponaꝫ
niſi ꝓ crimine enormi et vulgariſſimo quod to=
tā commouerit vrbem non poſſet talis ſine ma=
gno ſcandalo miniſtrare.li.diſt. De his vero.

Quarta cā.quia non habet frontē redarguendi
alios:cū ipſe ſit conſcius ſibi ſe cōmiſiſſe illa ea-
dē/vel maiora q̄ corripet.xxvi.diſ.primū.et li.
di.iudei.Diſpenſat̄ aūt cū ſollēniter penitente
in minoribus ordinibus ꝓpter neceſſitatē/vel
vtilitatē ecclie.vt dicit̄.li.diſ.placuit.Et ſi q̄ras
quis pōt facere diſpenſationē?Dico ꝙ epūs ex
quo non eſt ſibi ſpēaliter ꝓhibitū.extra de ſnīa
excōis.Nuper.Et ſi dicas contra ꝑ illud quod
dicit̄.li.diſ.ca.ex pe.Vbi dicitur ꝙ epūs ordi-
nans ſcienter ſollēniter penitentē debꝫ priuari
ptāte ordinandi.Dico ꝙ non obſtat.qꝛ illud in
telligit̄ cū ordinat ſine cā legitima et abſqꝫ di-
ſpenſatōe/ſiue cū inordinate diſpenſat.li.diſ.Si
in aliquo.Sollēniter enī penitēs non pōt cōtra-
here mrīoniū.ſi tamē cōtraxerit:tenebit.ꝓbāt̄
iſta.li.diſ.cōfirmādi.ꝛ.xxvi.q.vi.c.vlti. Quar
to notandū eſt a quo pōt imponi pnīa ſollēnis.
Et eſt ſciendū ꝙ ſollennis pnīa non debꝫ impo
ni niſi ab epō/vel de mandato eius a ſacerdote
Solus etiā epūs/vel ī articulo nccītatis de mā
dato eius ſacerdos poterit reconciliare ſollenni
ter penitentes.et ſi bene penituerint:poterunt

reconcilari infra octauas paſche et cõicare/et habere ingreſſuz eccleſie Sin autẽ:manebũt ſic vſqz ad finẽ vite.⁊ de hoc habet̃.xxvi.q.vi.c.ſi Et quia iſta materia magis tangit reuerendos et ſanctiſſimos epiſcopos(quorũ ſeruus et diſcipulus ego ſum)ꝙ ſimplices ſacerdotes:ideo nihil plus dico de penitentia.

¶Ca.iij.de penitentia publica.

Publica penitẽtia vocat̃ proprie illa q̃ in facie eccleſie:non tamẽ cũ predicta ſollentate fit.ſicut quando inungit̃ ꝑegrinatio ꝑ mundũ cuz baculo cubitali/vel cũ veſte aliqua/vel cũ aliquo tali.Et hãc poſſet(vt credo)imponere quilibꝫ confeſſor confitenti ſibi.qꝛ non inuenio ꝓhibitũ niſi forte conſuetudo eccleſie in oppoſitũ eſſet.vel niſi ep̄s reſeruauerit ſibi.Et nota ꝙ iſta penitẽtia non debet imponi clerico niſi depoſito.nec etiã debet imponi laico niſi ꝓ crimine graui et manifeſto.Et q̇a iudicare de criminibus grauibus et manifeſtis etiã pertinet ad ep̄os:credo et conſulo ꝙ ille cui eſt talis pnīa imponenda:eſſet ad ep̄m remittendus.probant̃ iſta de pe.diſt.vi.Sacerdos. Et credo ꝙ talis

penitentia poſſet iterari totiens quotiens iteratur peccatū pro quo eſt imponenda.de.pe.di.iiij.ca.Reperiūtur.ꝛ.ca.Septies cadit iuſtus.et ca.Adhuc inſtant perfidi.

Ca.iiij.de priuata penitentia.

Enitentia priuata eſt illa q̄ ſingulariter ꝛ priuate fit:cū quis quotie peccata ſua ſecrete confitetur ſacerdot . et de iſta ſpecialiter hic intenditur. Pro quo ſciendū ꝙ quelibet perfecta penitentia habet tres ꝑtes.ſcꝫ cordis contritionē/oris confeſſionē/et operis ſatiſfactionem.Et hec eſt ſecūda diffinitio pnīe.vnde io hānes criſoſt.Perfecta pnīa cogit pctōrem omnia ſufferri.in corde eni eſt cōtritio.in ore cōfeſſio/et in oꝑe ſatiſfactio.et tota humilitas.et hec eſt fructifera pnīa.de pe.di.i.c.ꝑfecta.Quia enī tribus modis offendimus deū ſcilꝫ cogitatione delectationis/imprudētia locutionis/et ſuꝑbia operis.vt ſecundū regulā medicorū cōtraria cōtrarijs curētur:tribus modis oportet ꝙ ſatiſfaciamus.ſcꝫ cordis contritōe/oris cōfeſſione/et operis ſatiſfactōe.vnde pnīa ſic perfecta ē illud felix et beneficiū triduū.quod petebāt filij iſra-

hel/id eſt chriſtiani deū per fidem videntes in egyptū/id eſt in tenebris pctōrū exiſtentes/dū dicebāt. Deus hebreorū vocauit nos vt eam⁹ viam triū dierū. ſcꝫ contritionis/confeſſionis/⁊ ſatiſfactionis/in ſolitudine huius mūdi. ⁊ ſacrificemus ſacrificiū ſcꝫ pnie domīo deo noſtro ne forte accidat nobis peſtis/id eſt culpa in p̄ſenti/et gladius/id eſt pena in futuro. Pnīa etiaꝫ ſic perfecta eſt illa ſcala benedicta cū iſtis trib⁹ gradibus quā vidit iacob erectam a terra vſqꝫ ad celū et dominū innixū ſcale. Et hoc propter tria. Primo vt aſcendentē per eā fortiter ſuſtineat. Secūdo vt ſi neccitas forte fuerit aſcendēti per eā manū porrigat Tertio vt aſcendens ꝑ eā cū fatigatus fuerit in ip̄m reſpiciat/et iactet totā fidutiā ſuā in eū. Nō enī eſt ita crudelis (vt ait auguſt.) vt ipſum cadere permittat. In primo gradu eſt dolor. in ſecundo pudor. in tertio labor. De his ergo tribus partib⁹ penitentie per ordinem eſt dicendum: et primo de contritione.

Tractatus ſecundus ſecunde partis principalis de contritione. vij. habens capitula.

Circa contritionē ſeptem ſunt per ordi
nē conſideranda. Primo q̇d eſt contri
tio in ſe. ſecūdo de quātitate contritio-
nis. tertio de eius qualitate. quarto de eius du
ratione. quinto de q̇bus debet eſſe. ſexto q̄ eſt cā
inductiua eius. ſeptimo de eius effectu.

Ca. i. quid eſt contritio.

D videndū q̇d eſt contritio. Notandū ꝙ
contritio hic ſumit̄ ad ſimilitudinē cōtriti
onis q̄ fit in corꝑalibus. Unde ſciendū ꝙ res di
citur corꝑaliter conteri quando in minutas par
tes terit̄: ſicut ſpecies aromatice terūtur in mor
tariolo. Unde differentia eſt inter contritionez
et fractionē. Nam fractio eſt quando res frangi
tur in magnas partes. Cōtritio eſt quādo fran
gitur ſeu conterit̄ in minutas ꝑtes. dolor ergo
de pc̄tis dicitur contritio/non fractio. ad deſig-
nandū ꝙ non ſolū penitens debet de peccatis
ſuis in generali cōteri: immo de quolibet in ſpe-
ciali. de hoc tamē magis dicetur in. v. ca. huiꝰ
tractatus Sed quare dicitur magis contritio
ꝙ̄ dolor. Sciendū ꝙ ſecūdū ꝙ dicit beatus ber-
nar. ſuꝑ cantica: ideo dicitur contritio et nō do-

loꝛ.qꝛ ſicut vnguentū ſanatiuū conficit̃ ex mul-
tis herbis tritis in moꝛtariolo:ſic vnguentū cō
punctionis ſeu contritionis conficit̃ ex herbis
multoꝛuꝫ peccatoꝛū natis in anima pctōꝛis.qꝛ
vt dicit̃ pſal.lxij.In terra deſerta in via et in a
quoſa tritis in moꝛtariolo conſcie.et licꝫ illud ſit
vere et ſanctiſſime dictū:non tamē bene reddit
rōnē illius quod querit̃.qꝛ ſecundū hoc homo
magis diceretur conterens ꝙ conteri/et pecca
tū diceret̃ contritū.Ideo ſciendū ꝙ in contritio
ne tria ſunt attendenda.Primū quid eſt illud
quod cōteritur.ſecundū a quo cōteritur.tertium
ad quid conteritur ſeu ad q̇d cōtritio terminat̃
Illud quod conterit̃ eſt coꝛ pctōꝛis quod ē qua
ſi vas fictile repletū veneno pctī.et ideo Iohel
ꝓpheta indicens auctoꝛitate dei contritionem
dixit:Conuertimini ad me in toto coꝛde vrō.in
ieiunio et fletu et planctu.et ſcindite coꝛda ve-
ſtra ſcꝫ cōtritione.Illud a quo conterit̃ coꝛ pec
catoꝛis eſt duplex mola.quaruꝫ vna eſt ſuꝑioꝛ/
id eſt ſurſum eleuans.et iſta eſt ſpes venie ex
conſideratione diuine miſericoꝛdie ꝓueniens.
Alia aūt mola eſt deoꝛſum depꝛimens.⁊ iſta ē

timor pene veniēs ex conſideratōe diuine iuſti-
tie. Et iſtas duas molas dēt tenere ſemp verus
penitens. nec vnq̄ dēt eas deſerere/nec dēt eas
diabolo pignori tradere. In cui⁹ figura dicit
in deut. iiij. Nō accipias loco pignoris ſupiorē
et inferiorē molā/id eſt nō deſperes pp̄ter ma
gnitudinē ⁊ enormitatē pctōꝝ tuoꝝ: ſed ſemp
ſpera in dei mia. nec p̄ſumas: ſꝫ time grauitatē
tormentoꝝ ex dei iuſtitia. Illud ad quod cōtri-
tio terminat̄ eſt vt cor pctōris durū vt lapis e-
molleſcat/et liq̄ſiat vt cera. ideo ſcriptū eſt. Cor
durū male habebit ī nouiſſimo die. Ideo vere
contritus pōt dicere Factū eſt cor meū vt cera li
queſcens. Et de tali corde dicit pſal. pſal. l. Cor
contritū ⁊ humiliatū de⁹ non deſpicies Viſa
ergo p̄prietate hui⁹ noīs contritio videndū ē
q̇d eſt contritio. Unde ſciendū q̄ contritio a ma
giſtris ſic diffinit̄. Contritio ē dolor voluntarie
p̄ pctīs aſſumptus cū p̄poſito cōfitendi ⁊ ſatiſfa
ciendi. Ad euidentiā iſti⁹ diffinitōis videndū
eſt de ſingulis ptibus poſitis in ip̄a diffinitōe.
dicit̄ enī contritio ē dolor. Cū enī (ſecundū q̄ di
ctū ē) contraria contrarijs curent̄/⁊ cū medicina

debꝫ eſſe contraria infirmitati/ꝛ contritio ſit me
dela pcti/ꝛ in pctō fuerit delectatio:oportet ꝙ i
contritōe ſit dolor.et ita dicit̃ in apo.xviij. ca.
Quantū glorificauit ſe/ꝛ in delitijs fuit in pcti
ꝑpetratione:tantū ei date tormentū et luctū in
contritione. Notandū tamē ꝙ in cōtritione
non ſolū eſt dolor:ſꝫ etiā eſt gaudiū.quoniā cuꝫ
pctōr recordat̃ ſe ꝑ peccatū offendiſſe deū cre-
atorē ſuū q̇ eū creauit ad imaginē ſuā:et patreꝫ
ſuū celeſtem q̇ eū paſcit corporaliter ꝛ ſpūaliter
et redemptorē ſuū q̇ eū liberauit per ſuū ꝓpriū
ſanguinem a pena/et perpetua damnatione.re
colit etiā ſe per peccatū ſuū amiſiſſe gloriam pa
radiſi/et incurriſſe penam inferni:dolere debet
ſed quando cogitat ſe per iſtū dolorem a pec-
cato liberari/et reconciliari deo gaudet:ꝛ non
immerito.ſicut enim gaudet ille qui primo in
naufragio exiſtens:naufragium euaſit:ſic vere
contritus debet gaudere dum ſe videt peccati
naufragium euaſiſſe. Sequitur voluntarie aſ-
ſumptus. cum enim deo non placeant coacta
ſeruitia:niſi dolor contritionis eſſet voluntari-
us:non eſſet deo acceptus nec gratus. Si enī

peccatū(teſte beato auguſt.)coacte agimus/nec eſt voluntariū:iam non eſt peccatū.Sic cōtritio debet eſſe adeo volūtarie aſſumpta.ꝙ ſi non ē volūtaria:iā non eſt cōtritio.Et rō iſtorū eſt.qꝛ oportet ꝙ omnis actus meritoriꝰ/ꝛ demeritorius ſit a volūtate elicitus ſiue imꝑatus:alias nō eſſet meritorius/nec demeritorius. Sequit̃ cū propoſito confitendi/et ſatiſfaciendi.vere enim contritus debet eſſe in ꝓpoſito confitendi et ſatiſfaciendi quādo habebit oportunitatē:alias contritio ſua eſſet falſa/et nulla.Et ratio ē qꝛ cū ad ꝑfectionē totius integralis reqͥratur ꝙ omnes partes eius ſint ſimul.ſicut ad ꝑfectionē domus requirit̃ ꝙ tectū/parietes et fundamentū ſint ſimul:ita ad ꝑfectionem vere penitentie reqͥritur ꝙ iſta tria ſcꝫ contritio/confeſſio/et ſatiſfactio q̄ ſunt ꝑtes integrales eius inꝗtū eſt ſacramentū ſimul ſint vel in re/vel in voto.

Ca.ij.de quantitate contritionis

Quantitas cōtritionis mēſuratur penes q̄titatē doloris.q̄ eſſentialiter eſt ipa cōtritio vel eſt cauſatus vſus a cōtritione.Unde notandū ꝙ in contritione eſt duplex dolor ſecūdū

ꝙ dolor dicitur duobus modis. Naꝫ dolor vno
modo idē eſt ꝙ diſplicentia volūtatis inꝗ̄tū ſcꝫ
voluntati diſplicet rem aliquā fore vel fuiſſe. A
lio modo ideꝫ eſt ꝙ paſſio reſultans ſiue redun
dans in ſenſualitate/id eſt in carne inꝗ̄tū ſcilꝫ
in parte ſenſitiua ſentitur aliq̄s dolor ex illatōe
alicuius nocumenti. ſicut quando preſcindit̄ mē
brum/vel vulnerat̄ corpus/vel cōburitur/vel
aliquid tale patitur. loquendo de dolore primo
modo ꝓut dolor eſt diſplicentia volūtatis: talis
dolor eſt eſſentialiter contritio. et ſic dolor cōtri-
tionis debet eſſe/ꝛ eſt maximus ſcꝫ vera contri-
tio. vnde dico ꝙ peccatū debet diſplicere volū-
tati et rationi tantū ꝙ nec pacto nec commodo
vel incōmodo pro vlla re velles in ipm̄ conſen-
tire vel cōſenſiſſe. Ratio huius eſt. qꝛ contritio ſi
ſit vera non poteſt eſſe ſine caritate. Ad hoc ꝙ
aliq̄s habeat caritatē ꝗ̄tūcunqꝫ paruā: neceſſe
eſt ꝙ diligat deū ſuꝑ omnia: ſic ꝙ ꝓ nullo dam-
no vel cōmodo velit offendere vel offendiſſe de
um. et ideo cū peccatū ſit offenſa dei: tuū pecca-
tū debet diſplicere volūtati informante carita
te qualis debet eſſe. et eſt volūtas vere contriti

252

quare volũtas vere contriti debet eſſe ꝙ nullo mõ/nulla ſorte nullo damno/vel cõmodo velit ipſum peccatũ facere vel feciſſe. Et hoc ẽ quod dicitur in iher. vi. ca. vbi dicitꝰ. Luctũ vnigeniti fac tibi: vbi dicit gloſa. Docet penitentẽ qđ facere debeat. et ſequitꝰ. Nihil dolentius ẽ morte vnigeniti: ita nihil dolentius debet eſſe ꝙ offendiſſe deũ ꝑ peccatũ. Et ſic dico ꝙ loquendo de dolore ꝓut dolor dicitꝰ diſplicẽtia volũtatis dolor contritionis ẽ maximus/ita ꝙ nõ põt eſſe maior. Si aũt loquatur de dolore ꝓut nominat dolorẽ creatũ ſiue cauſatũ in ſenſualitate: ſic talis dolor eſt effectus cõtritionis inquãtũ ſcꝫ aliquis vere et ꝑfecte fuerit cõtritus ex dolore. primo ſcꝫ ex diſplicẽtia volũtatis/et deteſtatione pcti. et inq̃tũ eſt offenſiuũ dei prorũpit in fletũ lamenta/ꝛ lachrimas. Sicut legitꝰ de beata maria magdalena/et de beato petro apoſtolo. ꝛ ſic dico ꝙ non oꝑtet ꝙ in contritione iſte dolor ſit maior quocũqꝫ alio dolore. videmꝰ eni multos viros et mulieres vere penitentes ſecundũ ꝙ hũanitas põt cognoſcere q̃ magis flent et plorant pro morte cõſanguineorũ vel amicorũ ſuo

rū.vel amiſſione alicu⁹ rei temꝑalis:ꝙ plorent vel fleant pro pc̄cis ſuis.Et ratio huius eſt.cuꝫ enī iſte dolor ſit in affectōe ſenſualitatis:et affectio que eſt in ſenſualitate ſequatur expimentalem et ſenſualē cognitionē.et pauci immo paucíſſimi ſunt q̄ habeant ita ſenſualē ſeu expimentalē cognitionē diuine deuotionis:ſicut habēt delectatiōes illorū corporaliū ſeu rerū temꝑaliū ideo pauci immo paucíſſimi ſunt qui ita ſenſualiter doleant de peccato ſicut dolent de aliquo temporali ſeu corporali.et ſi inuenirentͬ aliqui eſſent multū laudandi/et multū perfecti.Sic ergo patet ꝙ loquendo de dolore prout dolor dicit diſplicentiā voluntatis ꝙ dolor contritionis debet eſſe maximus/id eſt maior quocūqꝫ alio dolore.loquendo aūt de dolore prout dicit paſſionem reſultantē in ſenſualitate:ſic non eſt neceſſariū ꝙ dolor cōtritionis ſit maior quocunqꝫ alio dolore:eſſet tamen multū congruū. Sed quid/vere penitens et contritus nunq̄d debet plus velle ſuſtinere quācunqꝫ aliam penā temporalem/ſicut infirmitatē/vel mortem/vel quācunqꝫ aliā penā ꝙ̄ peccaſſe vel peccare? Dico

ꝙ nullus in mente ſua debet ſibi ponere talem queſtionē:nec etiā alicui alij.qꝛ illud eſſet ſeipſum vel aliuꝫ ponere in temptationē.Et mens humana eſt multū infirma ex parte ſenſualitatis q̄ ſemper refugit mortē/⁊ mala temporalia et corꝑalia etiā quātūcunqꝫ ſit homo perfectus Sicut patet in ſaluatore domino noſtro ihū xp̄o qui imminente hora paſſionis dicebat: Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem.et hoc quantū ad ſenſualitateꝫ vſqꝫ ad morteꝫ.Et exponens ſeipſum dicit. Spūs id eſt rationalis voluntas ꝓmptus eſt ad ſuſtinendū mortē:caro aūt/id ē ſenſualitas eſt infirma:quia refugit mortē.quare nemo debet ſe ponere in tali ꝑplexitate. nec confeſſor debet hoc interrogare. Iſtud aūt req̄ritur in quolibet ſollenniter penitente de neccītate ꝙ vbi neceſſitas foret prius ſuſtineret omnem penam:q̄ offenderet deū per peccatū.

Ca.iij.de qualitate contritionis.

Nnc de qualitate cōtritionis agendū eſt Circa quod ſciendū eſt ꝙ contritio debet habere.vij.conditiones.primo debꝫ eſſe diſcreta.vnde debet eſſe cū ſpe venie:ita ꝙ vere con=

tritus nunq̄ debet deſperare de venia:ſed ſem
per debet ſperare de dei miſericordia.qꝛ plus
poteſt deus ꝑcere q̄ homo peccare.Unde aug.
ſuper illud verbū quod dicit caym gene.iiij.ca.
Maior eſt iniq̄tas mea q̄ vt veniā merear:di
cit mentiris caym.quia maior eſt dei pietas:q̄
tua iniquitas.Et ambro. Nemo deſperet:q̄a iu
dam proditorē non ſcelus quod cōmiſit:ſed ſua
deſperatio fecit penitus interire.Sed qꝛ nemo
ſcit vtrū dign⁹ ſit amore vel odio dei:ideo nō
debet nimis preſumere:ſed ſemꝑ debet timere
q̄a initiū ſapīe timor domini.ꝛ ideo verus peni
tens granū/id eſt animā ſuā debꝫ tenere inter
duas molas:ſcꝫ timoris/et ſpei.vt ex farina ſic
trita barutello diſcretionis mundata aqua la-
chrimarum/id eſt compunctionis cōmixta pa-
nem bonū in clibano cordis igne caritatis de-
coctum faciat hoſpiti ſuo ſcilꝫ chriſto. ita q̄ in
die iudicij dicatur ei.Eſuriui:et dediſti mihi mā
ducare.Secundo debet eſſe amara.et ita dice-
bat iſte ſanctus rex ezechias.Iſaie.xxxviij.ca.
Recogitabo tibi omnes annos meos in ama
ritudine anime mee.Et ſi ſit talis:faciet pacem

inter deū et animā peccatricem. Unde idē eze
chias Ecce in pace amaritudo mea amariſſima
Amara ergo debet eſſe cōtritio.quia peccator
debet eſſe cōtritus eo ꝙ delectatus fuit in cogi-
tatione illicita.amarior quia conſenſit.amariſſi
ma:q̃a opus illicitū perpetrauit ⁊ ſi ſic faciat:po
terit dicere ſic cōtritus illud quod ſequit̃.Tu au
tē eruiſti animā meā vt non periret. proieciſti.
poſt tergū tuū omnia peccata mea.Tertio debꝫ
eſſe lachrimoſa.vnde pſalmiſta pſal.vi.Lauabo
per ſingulas noctes lectū meū/ſcꝫ cōſcientie.la-
chrimis meis ſtratum meū rigabo. Et ſic fecit
beata maria magdalena q̄ lachrimis ſuis lauit
pedes domini noſtri ihū xp̄i:et ideo ſibi fuerūt
peccata remiſſa.Quarto debꝫ eſſe premeditata
vt in preallegata auctoritate.Recogitabo tibi
omēs annos meos ⁊c.Et de hoc dicit Jſaias lo
quendo anime peccatrici.Sume citharā ſcꝫ pe
nitentie.circuiui ciuitateꝫ/ſcꝫ ſanitatem anime
mee cogitando et rememorando ſingula pctā
meretricis/id eſt anime peccatricis q̄ peccan-
do cū diabolo fornicata ē ⁊ obliuioni tradita ē
id eſt a deo propter peccatū ſuū oblita. Quinto

debet eſſe vniuerſalis/id eſt de omnibus pc̄tis.
Sexto debꝫ eſſe durabilis/id eſt cōtinua.⁊ de
his duobus dicet̄ in duob⁹.c.ſequētibus.Sep
timo debet eſſe integra/id eſt cū ꝓpoſito confi-
tendi ⁊ ſatiſfaciendi:alias non eſſet contritio/ſꝫ
deriſio.Et de hoc dictū eſt ſupra in.i.ca.

Ca.iiij.de duratione contritionis.

D ſciendū quātū debeat durare cōtritio
Notandū ꝙ ſecundū ꝙ dictum eſt ſupra
ca.ij.In contritione eſt duplex dolor. vnus q̇
idem eſt ꝙ deteſtatio/ſiue diſplicentia volunta
tis.Et iſte debet ſemꝑ durare q̄diu homo viuit
Notandū tamen ꝙ cū preceptū de contritione
ſit affirmatiuū/et preceptū affirmatiuū obligat
ſemper/ſed non ad ſemper:ſed pro loco et tp̄e.
preceptū de contritione ſic obligat ꝙ non opor
tet ꝙ homo ſit ſemper in actu conterendi:ſꝫ quā
docūqꝫ occurret ei memoria de pc̄ō ꝙ diſplice-
at ſibi illud peccatū feciſſe.⁊ ita intelligit̄ illud
verbū beati augu.in.li.de pe.vbi dicitur. Sem
per doleat/et de dolore gaudeat. Et ſequitur.
vbi dolor finitur:ibi penitentia deficit. Vnde
quādo dicit ſemꝑ doleat:intelligendū eſt ſemꝑ

ſcilicet quando occurrat ſibi memoria de pecca
to. Similiter quādo dicit vbi dolor finitur: intel-
ligendum eſt ſemꝑ vel actu/vel habitu. Et cā
quare ſic debet durare contritio eſt. q̇a nemo eſt
certus ad minus de lege cōmuni ſi peccatū eſt ſi
bi remiſſum ꝑ contritionē: quoniā neſcit ſi cōtri
tio ſit ſufficiens. vnde dicit̄ in eccleſiaſtico de ꝓ
piciatu pctōrū· Noli eſſe ſine metu. poſito enī ꝙ
aliq̇s ſciret per reuelationē diuinā peccatū ſibi
fore remiſſum: adhuc debet ſibi diſplicere pec-
caſſe quādocūqꝫ occurret ſibi memoria de pec-
cato: alias peccaret nouo pctō. q̇a ſicut culpa ē
velle peccare: ita culpa eſt velle peccaſſe. Aliꝰ
dolor eſt in contritōe/ſcꝫ dolor q̇ reſultat et re-
dundat i ſenſualitate/quādo ſcꝫ homo ex diſpli-
centia peccati ꝓrumpit in fletū et lachrimas. &
talis dolor nō oportet ꝙ ſemper duret: cū pauci
immo pauciſſimi ſint qui etiā vna hora poſſint
ſic peccata ſua plorare: quātominus toto tempo
re vite ſue. & eſſet tamen multe perfectionis qui
ſemꝑ dum recordaretur de peccatis: poſſet ea
plangere. ſicut legit̄ de beato petro apoſtolo
ꝙ ſemper portabat ſudariū in ſinu ſuo cum quo

tergebat lachrimas.quia quando recordabat̃ peccati quod fecerat quādo negauerat chriſtū: non poterat lachrimas cōtinere:et tamen bene ſciebat chriſtū ſibi dimiſiſſe peccatū.

Ca.v.de quibus debet eſſe contritio.

Eccatorū quoddā eſt actuale/et quoddā originale.Actuale eſt quod contrahitur actu proprio/ſcꝫ quando homo agit quod agere nō debet.vel quādo nō agit quod agere dēt. Et iſto mō diffinit̃ ſic peccatū.Eſt omne factū/vel dictū/vel concubitū contra legē dei.Originale peccatū eſt quod homo ex origine contraxit/inq̃ntū ſcꝫ homo deſcendit ab adam ſecūdum rōnem ſeminalē.ita ꝙ peccatū originale formaliter nihil aliud eſt q̃ꝫ carētia iuſtitie originalis Unde ſciendū eſt ꝙ adā in ſui creatione acceperat a deo quoddā donū ſuꝑnaturale quod vocabat̃ iuſtitia originalis:q̄ iuſtitia ita ordinabat hominē ad deū ꝙ anima hominis in omnibus obediebat deo/ita ꝙ nullo modo mouebat̃ contra dei voluntateꝫ.et corpus ita obediebat anime ꝙ nullo modo mouebat̃ contra voluntatē anime.vel contra imperiū rōnis.Et ꝑ illud donū

omnia animalia erant ſubiecta homini/⁊ obedi
ebāt ei ad nutū. Juxta illud pſalmiſte pſal.viij
Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius ⁊c. Illud do
num acceperat non ſolū adā pro ſe:ſꝫ etiā pro
tota poſteritate ſua/ita ꝙ in omnes q̄ deſcende
rant ab eius ſemine ipſe tranſfunderet illud do
nū/id eſt iſtam iuſtitiā originaleꝫ.Et iſto dono
per peccatū ſuū ipſe priuauit ſe/et totā poſteri-
tatē ſuā:ita ꝙ omnes qui deſcendunt ex eius ſe
mine carent iſto dono.et talis carentia vocatur
peccatū originale Ad videndū ergo de qui
bus debet eſſe cōtritio. Primo videndū ē vtrū
homo debeat conteri de peccato originali. Ad
quod dicendū eſt ꝙ non. Cuius rō eſt.qꝛ ſolū de
bet homo de illo conteri et dolere quod ē actu
proprio cōmiſſum:vel quod fuit in ptāte non cō
mittere.ſꝫ peccatū originale non fuit actu pro-
prio commiſſum/nec fuit in poteſtate alicuius
non cōmittere illud:quare non tenetur dolere
vel conteri de peccato originali. Et dico nullū
conteri de neceſſitate.congruū tamen eſſꝫ adul
to qui accedit ad baptiſmū vt ei diſpliceat pec-
catū originale non in ſpeciali quaſi fuerit cōtra

ctum per ipſuz:ſed in generali inquantū ſcilicꝫ omne quod ſeparat a deo:debet diſplicere.

De peccato aūt actuali quomodo homo debet conteri de eo:notandū ꝙ in genere duplex eſt peccatū actuale.quoddā eſt mortale:aliud veniale.De peccato aūt mortali homo debet conteri et confiteri ſingulariter/et ſigillatim de quolibet:ita ꝙ non ſufficit contritio ſiue confeſſio generalis:immo quilibet verus penitens debet diligenter examinare ſuā conſcientiā et diſcutere ita ꝙ recogitet dies/horas/tempora/loca/et ꝑſonas/et omnes circūſtantias/in quibus/ꝛ cū quibus peccare potuit peccator et peccauit.Et ita ſicut occurrꝫ ſibi memoria de peccato quod ſignanter et ſingulariter perpetrauit conterat̄ et confiteat̄ de quolibet peccato mortali ita tamē ꝙ licꝫ de quolibꝫ peccato mortali ver⁹ penitens debeat ſumme ꝛ maxime dolere.tamē ſecundū ꝙ vnū peccatū ē grauius ꝙ̄ aliud:attēti⁹ et intentius debet dolere et conteri de vno ꝙ̄ de alio. Sed q̇d fiet de peccatis oblitis:Dico ꝙ aliq̇s poteſt eſſe oblitus peccatorū ſuorum duob⁹ modis.Vno mō ꝙ ſit oblitus in ſpeciali:

ſed non in generali/id eſt ꝙ bene recordetur ſe
peccaſſe mortaliter:ſed non recordat̃ de ſpecie
peccati.puta ſi furatus fuerit aliq̃d/vel fornica
tus et ſic de alĳs.⁊ talis tenetur dolere et conte
ri in generali de pcto̅.et in ſpeciali conteri de
negligentia ſua per quā venit in obliuionē pc̄ti
ſui.⁊ tenet̃ facere quod in ſe eſt ad hoc ſcʒ ꝙ re
cordetur in ſpeciali de peccato ſuo/vel recogi-
tando vias ſuas/vel orando deū ꝙ reducat ſibi
ad memoriā.Alio modo pōt eſſe oblitus pecca
ti ſui ita ꝙ non recordatur nec in generali/nec
in ſpeciali:et adhuc tenetur conteri in genera
li.Et voco conteri in generali non ſub conditi-
one id eſt dicendo vel cogitando.Doleo et con
teror ſi peccaui.Sʒ voco conteri in ſpeciali ſub
eſtimatione ꝓbabili.debet enī homo probabi
liter credere ꝙ in multis offenderit deū:quorū
non recordatur.⁊ ſic ſub iſta eſtimatione doleat
et peniteat ſicut ſi certus eſſet:contritus eſt ⁊ pe
nitens.vnde quilibet debet frequenter dicere
verbū pſalmiſte pſalmo.xxx. Delicta iuuētutis
mee ⁊ ignorātias meas ne memineris domine

Quomodo aūt debet homo conteri de pec-

cato veniali: Notandū ꝙ tria ſunt genera pec
catorū venialiū. Quoddā eſt veniale ſubitū nō
propria voluntate contractū: ſed ex quadā ſub-
reptione. et de tali non teneť homo conteri in
ſpeciali niſi de congruo. Aliud eſt peccatū ve-
niale ex volūtate. cui ſi conſentiat homo: incidit
in mortale. ſicut delectatio moroſa in cogitando
de actu carnali eſt peccatū veniale/ ſed ſi ſit ibi
conſenſus: eſt peccatū mortale. Et de tali venia
li quando occurrit memoria homo debet conte
ri et penitere/ et diligenter aduertere ne ſit ibi
vel fuerit conſenſus. Quoddam aūt eſt veniale
quod ꝑ frequentationez ſui auget libidinē pec-
cādi. ꝛ tanta poterit ibi eſſe libido ꝙ illud quod
de natura ſua erat veniale: ex illa libidine fie-
ret mortale. ſicut mendaciū iocoſum de natura
ſua eſt veniale: ſꝫ totiens pōt iterari ꝙ augebit
in tantā libidinē mentiēdi ꝙ ex illa libidine po-
terit homo totiēs mētiri iocoſe: ꝙ peccabit mor-
taliter. Et de tali debet homo cōteri/ ꝛ penitere
aduertendo et precauendo ne multiplicet. De
hoc tamē magis diceť infra quādo ageť de cō
feſſione peccatorū venialiū. qꝛ eodem mō teneť

264

homo de eis conteri:quo tenetur ea confiteri
Ca.vi.que ſunt cauſe inductiue contritionis
Auſe inductiue contritionis ſunt multe.
Prima ⁊ principalis eſt amor dei. Illud
enī quod pricipaliter debꝫ retrahere hominē
a pctō(et ſi peccauerit ꝙ corrigat ſe/⁊ emendet)
eſt amor dei. et iſte amor ſic generatur in ani-
ma peccatoris. Cum enī amor ſequatur cogita-
tionem/et cognitionem:quia vt dicit augu. Co
gnita diligimus:incognita nequaꝙ̄. Quando
ergo peccator cogitat/et recognoſcit dei boni
tatem et iuſtitiam cui diſplicet omne malum:et
ꝙ nullo modo relinquit aliquod malum im-
punitum. et recogitat ſe multa mala commiſiſſe
que diſplicent diuine bonitati/et propter que
eſt dignus puniri grauiter timet. Quando etiā
cogitat vlterius dei pietatem/et miſericordiā:
qui paratus eſt omni dolenti et penitenti par-
cere/et dimittere culpam ꝙ̄tūcunqꝫ magnam:
ſperat de venia. et ſic mouetur ad deteſtandum
peccatum. Et iſte motus vocatur attritio/id eſt
quedā contritio impfecta. et ita deus qui nunꝙ̄
deficit i/nfundit lumen gratie in animaꝫ pecca

toris.et illo lumine peccator illuſtratus caleſcit in amore dei/⁊ deteſtatione peccati:ita ꝙ timor ſeruilis precedat ⁊ preparat cor peccatoris ad contritionem.ſed amor/et ſeruor caritatis perfi cit ipſum.Et de hoc ponit exemplum auguſti. dicens.ꝙ ſicut in ſutura ſotularium ſeta porci precedit/et facit viam filo:non tamen remanet in ſutura:ſic contritionem precedit timor pene iſte timor preparat ad amorem/et caritatem dei.que poſtquā eſt in anima : expellit omnem timorem.Et ita dicit beatus iohannes in pri- ma ſua canonica.Perfecta caritas foras mittit timorem/ſcilicꝫ ſeruilem qui eſt timor pene:nō autem timorem filialem:qui eſt timor offenſe.

Secunda cauſa eſt pudor/id eſt verecundia de peccatis cōmiſſis.vnde ꝓuerbi.xij.cap.Res digna confuſione agūt Job.Res indigne cōfu- ſionē agunt.Et numeri.iij.ca.Reuelabo puden da tua in facie.Quādo enī peccator cogitat ꝙ omnia eius peccata q̄tūcunqꝫ ſecreta ⁊ occulta ſunt:ſunt deo manifeſta/⁊ aperta.et ꝙ niſi peni teat et conteratur de eiſdem:deus reuelabit et manifeſtabit ea toti mūdo:mouet̄ ad contritōeꝫ

⁊ penitentiā de peccatis.vnde dicit boe. Mag
na eſt nobis indicta nccitas ꝓbitatis cū omnia
agamus corā oculis iudicis cuncta cernentis.
Tertia cā eſt deteſtatio/id eſt abbominatio
vilitatis peccati.Tanta enī eſt vilitas peccati:
ꝙ de filio dei facit ſeruū diaboli. vnde dicit be
atus petrus.Qui facit peccatū:ſeruus eſt pctī.
a quo enī quis ſuꝑatus eſt:eius ſeruus eſt.Cuꝫ
ergo peccator fit ꝓpter peccatuꝫ a diabolo ſu-
ꝑatus:propter peccatū ſeruus diaboli factus ē
vnde anſel.Feciſti me domine ad tuā imagineꝫ
et ego ſuperinduxi horribilē imaginē. vnde a-
nima peccatrix videns et conſiderans vilitateꝫ
peccati:pōt dicere verbū quod dicit Iere.Vi-
de domine et conſidera qꝛ factus ſum vilis.
Quarta cā eſt cōſideratio de die iudicij/⁊ penis
inferni.quādo enī peccator conſiderat ꝙ de om
ni dicto/facto/et cogitato contra legē dei opor
tebit reddere rationem in die iudicij iuxta ver-
bū ſaluatoris in matheo dicētis.De omni ver
bo ocioſo ꝙ fuerint locuti homines ſuper terrā:
reddent rationem in die iuditij.Et.xxxij.q.vlti.
ca.penult.et ca.quotiens mouet̄ ad contritionē

et penitentiā de peccatis ſuis.vnde Ihero.lo-
quens de die iuditij dicit ſic.Quotienſcūqꝫ illū
diē conſidero:toto corde contremiſco.Et idē.Si
ue comedo/ſiue bibo/ſiue aliquid aliud facio:
ſemꝑ videtur mihi in auribꝰ meis iſta tuba ter-
ribilis inſonare.Surgite mortui.venite ad iudi
ciū.Quando peccator iſta cogitat attenta mēte:
totus contremiſcit in corde ſuo.Si enī(vt dicit
beatus petrus apoſtolus.i.petri.iiij.ca.)vix iu-
ſtus ſaluabit̄:impius aūt et peccator vbi pare-
būt?Et grego.Quid faciet virgula deſerti/id ē
pctōr:vbi concutietur cedrus ꝑadiſi/id eſt iuſtꝰ

Quinta cauſa eſt dolor de amiſſione celeſtis
patrie.quādo enī peccator cogitat ſe ꝓpter pec
catū ſuū gloriā paradiſi amiſiſſe:non eſt mirū ſi
dolet:immo eſt mirū ſi non crepat ꝑ mediū.Si
enī dolet/et plorat homo ꝑ amiſſionē pecunie:
quātomagis debet dolere et plorare ꝓ amiſſio-
ne celeſtis glorie?Et ideo dicebat beatꝰ iohā-
nes in apoc.iij.ca.Tene quod habes:ne alius
accipiat coronā tuā Sexta cauſa eſt dolor de
multiplici offenſa creatoris.quando enī pecca
tor cogitat et conſiderat ſe offendiſſe deū q̄ eum

268

creauit de nihilo/et inſigniuit eū imagine ſua et redemit p̄cioſiſſimo ſanguīe ſuo:eſt bene mirum/ſi non doleat et peniteat de pc̄tō ſuo. De hoc dicit bern. Dolor de pc̄tis debet eſſe acer acrior/acerrim⁹. Acer:qr offendim⁹ deum creatorez oīm. Acrior:quia offendimus prēm noſtrum qui paſcit nos multipliciter. et gubernat Acerrimus: qr offendim⁹ redēptorem noſtrū/ qui nos liberauit ſanguine ſuo a vinculo pc̄tōrū a crudelitate demonum/ab acerbitate gehēne Notanduz tamē ꝙ licet peccator(ſicut dictū eſt) debeat dolere ⁊ conteri de pc̄tis: tamen ſemꝑ debet ſꝑare in domino et in pietate et mīa ei⁹ ita ꝙ dēt ſꝑare de venia/ et gloria.qr vt dicit ſapiens ꝓuer.xxvii.ca.Sperās in domino non confundet̄ nec cōfuſione culpe/nec pene.

Cap̄.vii.de effectu contricionis.

ffectus contricōis eſt multiplex. Prim⁹ patet ex vi nominis ipſius. dicitur enim contricio:quaſi ſimul vel ex toto tricio.quod ſic intelligendum eſt quia in contritione totuz cor peccatoris ad litterā ſcinditur/vel conteritur pre nimia anguſtia dolore/ira/et indignatione

que concepit contra peccata.vnde dominꝰ per
prophetam Johel.ij.ca.Scindite corda veſtra
Item pſal.Sacrifitiuꝫ deo ſpiritus contrib ꝛc.
Et ſecundum ꝙ dicit beatus bernardus.Con-
tritio mundat animā a reatu culpe/et liberat a
pena gehenne.et ab horrenda demonum ſocie
tate/et viliſſima peccati ſeruitute.tribuit bona
ſpiritualia que peccator amiſerat per peccatuꝫ.
reſtituit etiam ſotietatem/et ſpiritualem eccle-
ſie communioneꝫ/et bonorum omniū que in ea
fiunt participationē.de filio ire:efficit filiū gra-
tie.de filio diaboli:facit filium dei/et per conſe-
quens participem hereditatis eterne. Vtrū
autem ſola contritione remittatur peccatum:
ſunt varie opinioēs.Quidā enī dicūt ꝙ ſicut tri
bus modis offendimus deum/ſcilicꝫ corde/ore
et opere:ita tribus modis eſt neceſſario deo ſa-
tiſfaciendum.ſcilicꝫ contritione cordis/confeſſi
one oris/et ſatiſfactione operis.ita quod alias
non dimittitur peccatum.Et iſti fundant intenti
onem ſuam ſuper illud cap.de pe.diſt.iij.perfe-
cta.Et dicunt iſti ꝙ omnes auctoritates que di-
cunt peccata ſola cordis contritone dimitti-

ſunt intelligende cū articulis neceſſitatis exclu
dit oris confeſſionē/id eſt quando aliq̄s amittit
loquelā.vel quādo non pōt preſbiterū reperire
in confeſſione. Alij dicūt ꝙ in contritione dimit
tunt peccata ſub conditōe ſi ſcilꝫ confiteant.et
fundāt iſti intentionē ſuā ꝑ illud quod dicit de
pe.diſ.iij.ca.Sane.Tertij dicunt ſola cordis cō=
tritione dimitti peccatū cuilibet adulto ſi vere
conteratur/et proponat ab alijs abſtinere et cōfi=
teri/et de eo ſatiſfacere ſecundū iudiciū eccleſie
Et fundant iſti intentionez per illud de pe.di.i.
Magna eſt pietas dei vt ad ſolaꝫ ꝓmiſſionem
pctā dimittat.nondū ꝓnunciat ore:et tamē iā de
us audit in corde..Et hec opinio eſt verior/et
magis tenetur cōiter a doctoribus.Et ꝙ iſta opi
nio ſit verior:patet ꝑ exemplum lazari quē pri
mo ſuſcitauit xp̄s anteq̄ꝫ a diſcipulis abſoluere
tur.Lazarus eni mortuus/eſt pctōr:q̄ ꝑ peccatū
mortuꝰ eſt. Iuxta verbū ezech.xviij.c.dicētis
Anima q̄ peccauerit:ipſa morietur.Et iſte ſuſcita
tur a domino:quādo ſibi remittit peccatū in cō=
tritione.et poſtea ſoluitur a diſcipulis/id eſt ſol
uitur a ſacerdotibꝰ in confeſſione. Patꝫ etiā per

exemplū de decem leproſis a domino munda
tis q̇ in via anteq̄ venirent ad ſacerdotes mun
dati ſunt. Iſti enī leproſi ſunt pctōres: q̇ dū va:
dunt ad ſacerdotes/id eſt dū contritionē habēt
et propoſitū confitendi: mundant̄ a peccatis. Et
ita dicit pſalmiſta pſal. xxxi. Dixi confitebor ad
uerſum me iniuſtitiā meā domino: et tu remiſiſti
impietatē peccati. dixi/id eſt firmiter in animo
propoſui. Notandū ergo q̄ iſta tria ſimul ſunt
tempe/licet habeant ordinē naturalē inter ſe.
ſcꝫ iuſtificatio/contritio/ꝛ pctōꝝ remiſſio. neceſ-
ſario enī habeo intelligere q̄ prius q̇s habeat
gratiā: q̄ conterat̄. precedit ergo grā: ſequitur
dilectio. quoniā q̇ gratiā habet: diligit et ſeq̇tur
contritio: quoniā q̇ diligit conteritur. ad contri
tionē ſequit̄ peccatorū remiſſio. Iſte proceſſus
colligitur de pe. diſ. i. Omnis q̇ non diligit: ma:
net in morte. Et augu. Sine caritate quō q̇s ve
rā cordis contritionē habere poterit: patꝫ ergo
quomō ſola cordis contritōe peccatū dimittitur:
quid ergo faciat abſolutio ſacerdotis ad remiſ:
ſionē peccatorū. dicetur infra quando aget̄ de
confeſſione. Et hec ſufficiant de contritione.

Tractatus tertius ſecūde ptis principalis de confeſſione.xi.habens ca.

Irca confeſſionē.xi.ſunt conſiderāda. Primo de inſtitutōe confeſſionis.ſecū do de illis qui tenent ad confeſſionez tertio de tempe quo qnis tenet ad confeſſionē. quarto cui facienda eſt confeſſio.quinto de qui bus eſt facienda confeſſio.ſexto de conditōibus quas debet habere confeſſio.ſeptimo de itera tione confeſſionis. octauo quomodo debeat ſe habere ſacerdos ad confitentē.nono de interro gationibus faciendis in confeſſione.decimo de poteſtate clauium/et effectu confeſſionis. vltimo de ſigillo confeſſionis.

Ca.i.de inſtitutione confeſſionis.

D euidentiā eorū q̄ dicenda ſunt de con feſſione notandū: ꝙ in ſacra ſcriptura duo bus modis accipitur confeſſio. Vno modo idē ē ꝙ dei laudatio. Vnde confiteri iſto modo idem eſt ꝙ deū laudare. Et hoc mō accipit quando di citur. Cōfitemini/id eſt laudate domino quoni am bonus ⁊c. Alio modo idem eſt ꝙ peccatoruz corā ſacerdote manifeſtatio. Et iſto modo diffi

nitur ſic.Confeſſio eſt legitima coram ſacerdo=
te qui claues habet/⁊ poteſtatē abſoluendi pec
catorū declaratio.Ad euidentiam iſtius diffini=
tionis videndū eſt de ſingulis membris que in
ipſa ponuntur.dicitur primo.Confeſſio eſt legi=
tima peccatorū declaratio.contra illos q̄ pecca
ta ſua occultant/vel excuſando/vel celādo.Di=
citur etiā contra illos qui recitant bona ſua in
confeſſione/vel confitent̄ ꝑ abnegationem pec
catorū.vt non ſum adulter/guloſus ⁊c.Dicitur
coram ſacerdote qui clauem habet et poteſta=
tem abſoluendi/vt omnes conditiones q̄ ad ve=
ram confeſſionē requirunt̄ oſtendantur.Et dici=
tur confeſſio quaſi ſimul/vel ex toto/ſiue vndiqꝫ
faſſio.Et de confeſſione iſto modo dicta hic intē
ditur. Videndum eſt igitur quando fuit inſti
tuta/et quis fuit inſtitutor confeſſionis.Quan=
tum ad primū ſciendum eſt ꝙ duplex eſt confeſ=
ſio peccatorū/ſcilꝫ mentalis/et vocalis. Menta=
lis confeſſio peccatoruꝫ eſt de dictamine legis
nature adiute quodāmodo per fidem. Quando
eniꝫ homo ſcit ⁊ perpendit.offendere vel offen
diſſe deum quem non videt:niſi per aliquem

radiū fidei natura dictat ſibi ꝙ ab eo miſericor-
dia eſt ſibi humiliter poſtulanda.et hoc nunꝙ̄
fit niſi recognoſcat̄ culpa quod fit ꝑ confeſſionē
mentalē.Confeſſio aūt vocalis eſt duplex. que-
dam q̄ fit deo:quedam que fit homini.loquendo
ergo de confeſſione vocali que fit deo:credo ꝙ
confeſſio fuit de neceſſitate ſalutis ſtatim poſt
lapſum primi hominis.Et ratio que me mouet
eſt iſta.Omni tempore in quo eſt/vel fuit infir-
mitas:fuit neceſſaria medicina contra illam in-
firmitatē.ſed ſtatim poſt lapſum primi hominis
fuit infirmitas peccati non ſolum originalis:ſꝫ
etiā actualis adminus quo ad multos.ergo ne
ceſſaria fuit poſt lapſum primi hominis confeſ-
ſio adminus quo ad multos etiam vocaliter.Et
iſtud ptꝫ ex quadaꝫ glo.q̄ ponitur ſuꝑ illud ver
bū gene.iiij. Adam vbi es:vbi dicit glo.Ver-
ba ſunt increpantis/et ad confeſſionē cogentis:
non ignorantis.Et conſtat ꝙ loquat̄ de confeſſi
one vocali facienda deo.quia tnnc deus nō ho
mo loquebat̄ vocaliter ipſi ade:ergo ab illo tē-
pore fuit neceſſaria confeſſio iſto modo dicta.Lo
quēdo aūt de cōfeſſione vocali faciēda homini

dico ꝙ fuit inſtituta in lege noua chriſto vide-
lʒ incarnato .et tūc non ante fuit congruū talē
confeſſionē inſtitui.Et rō q̄ me mouet ad hoc ē
duplex/ſecundū ꝙ confeſſio ordinat̄ ad duo/ſcʒ
ad peccati deletionē/et manifeſtationē/⁊ ad re
conciliationem faciendā deo/⁊ eccleſie eius.Ex
quo ptʒ ꝙ ſolū in lege noua debuit inſtitui con
feſſio.Notandū tamen ad euidentiaʒ eorū q̄ di
cenda ſunt ꝙ ſtatus peccati vocat̄ tenebre:ſta
tus aūt gratie lux.Et ita dicit apoſtolꝰ loquēs
epheſijs poſtꝙ̄ fuerūt conuerſi ad fidem et fue-
runt in ſtatu gratie.ad ephe.v.c.Eratis aliquā
do tenebre:nūc aūt lux in domino.Et in epiſto
la ad romanos.ix.ca.Abiciamus opera tene-
brarū glo.id eſt opera pctī/et induamur arma
lucis/id eſt virtutis.In ea ergo lege debet in
ſtitui confeſſio facienda homini in qua lux vera
fuit orta q̄ illuminat omnē hominē venientē in
hunc mundū.et iſta eſt lux noua xp̄o ſcʒ incar-
nato.igit̄ in lege noua debuit inſtitui cōfeſſio
facienda homini.Et ſecūdo ſcʒ ex hoc ꝙ confeſ
ſio ordinat̄ ad reconciliationē faciendā deo ⁊ ec
cleſie eius.ptʒ etiā ꝙ debuit inſtitui in lege no

276

ua. Ideo enī confeſſio fit homini vt homo ſit iu
dex et arbiter inter deū ⁊ hominē pctōrem. Ar-
biter aūt debet eſſe talis ꝙ poſſit ponere manū
in vtrāqȝ ꝑtem: ideo oportet ꝙ ille cui facienda
eſt confeſſio poſſit ponere manū in deū cui con-
fitens vult reconciliari. et in hominē q̄ confitet̄
talis aūt non potuit eſſe quouſqȝ deus factus ē
homo. quia tunc datus eſt nobis mediator dei
et hominis: homo chriſtus ihūs. Et hic poſtꝙ̄
corporaliter aſcendit in celū reliquit in eccleſia
aliquos quos loco ſui conſtituit rectores ecclie
et arbitros quibus cōmiſit auctoritatē reconcili
andi pctōres deo et eccleſie ſue. ideo in lege no
ua chriſto incarnato debuit inſtitui cōfeſſio. Cū
enī confeſſio habeat efficaciā ab abſolutione: ⁊
abſolutio ex virtute clauiū: que quidē claues fu-
erunt date homini in noua lege dicēte chriſto
beato petro apoſtolo/et in ipſo omnibus alijs.
math. xvi. ca. Tibi dabo claues regni celorū. Et
iohannis. xx. Quorū remiſeritis peccata remit-
tunt̄ eis/et quorū retinueritis pctā retēta ſunt
Manifeſtū eſt ꝙ confeſſio facienda homini in le
ge noua fuit inſtituta. preceſſit tamen in figura

in lege antiqua:in hoc ꝙ ſacerdotibus data erat auctoritas et ptās diſcernendi inter lepraꝫ et leprā/et inter ꝓphanū ⁊ ſanctū.ſed iſta erāt quedā corꝑalia/et non ſpūalia. Et hanc figurā oſtendit xpiſtꝰ in lege noua fuiſſe adimpletā: quādo leproſos mundatos mittebat ad ſacerdotes dicens. Ite ⁊ oſtendite vos ſacerdotibꝰ. De ſecūdo aūt q̇s fuit inſtitutor cōfeſſionis: Dico ꝙ fuit xp̄s ipſemet.et rō fuit tacta ſupra in prima parte huius operis quādo agebatᷣ de ſacramētis in generali.Et intelligo ꝙ fuit inſtitutor auctoritatiue.et credo ꝙ beatus iacobus minor q̇ fuit epūs iheroſolomitanus/et q̇ prius inter apoſtolos celebrauit miſſam quando dixit. Confitemini alterutrū peccata veſtra fuit promulgator huius ſacramēti ſicut dictū fuit ſupra de ſacramento extreme vnctionis.

Ca.ij.de illis qui tenentᷣ ad confeſſionem.

Omnes adulti poſtꝙ̄ ad annos diſcretiōis ꝑuenerint: ita ꝙ poſſint diſcernere inter bonū et malū:tenētur ſemel in anno ſcꝫ in quadrageſima confiteri ex ſtatuto cōcilij generalis quod ponitᷣ extra de pe.⁊ re.c. Omis vtriuſqꝫ

ſexus.Et contra.tranſgreſſores illius ſtatuti po
nitur ibidem talis pena ſcʒ ꝙ ipſi viuentes ab
ingreſſu eccleſie arceant̄/et morientes chriſtia
na careant ſepultura.Et huius ſacratiſſimi/ac ſa
luberrimi conſiliȷ̄ pōt eſſe triplex ratio. Prima
fuit vniuerſalis indigētia.omnes enī peccaue=
rūt(vt dicit apoſtolus)et egent grā dei. Non eſt
enī q̇ faciat bonū et non peccet vt dicit ſapiens
Ideo q̄libet debet eū glorificare confitendo ſe
eſſe pctōrem.q̇ enī confitet̄ ſe eſſe pctōrem:deū
glorificat.oſtendens ſe dei mīa/et grā indigē=
re.Secūda rō eſt ſacre cōionis reuerentia.Cū
enī omēs teneant̄ in paſcha cōicare vt digne
et munde poſſint accedere ad tantū ſacramentū
oportuit p̄remitti remediū purgationis/ꝛ lotio
nis peccati q̄ fit in confeſſione. Tertia ratio fuit
diſcretio gregis dominici.ne ſcʒ lupi abſconde
rent̄ in grege q̇ manducarēt agnos. Ideo ſta
tutū eſt vt rectores eccleſiarū agnoſcerent vultū
ouiū ſuarū:ne heretici ſub pelle innocentie ma=
liciam ſuā palliarent. Ideo omnes quicūqʒ et
cuiuſcūqʒ cōditionis ſint:tenent̄ ſemel in anno
confiteri:alias peccant mortaliter/ꝛ debent pe-

na ſupradicta puniri. Sed pone/aliq̄s eſt q̄
non habet conſcientiā de aliquo peccato morta
li ſed ſolū de venialibus.ſed homo non tenetur
pctā venialia confiteri:ergo adminus talis non
tenet̃ confiteri. Dico ſine preiudicio ⁊ ſaluo me
liori iuditio ſeu conſilio ꝙ aliq̄s pōt teneri ad
confeſſionē ꝓpter duo. Uno modo ꝓpter vincu
lū peccati. Alio mō propter vinculū precepti.
Peccata venialia non tenet̃ q̄s confiteri prop=
ter vinculū peccati:cū poſſint ſine confeſſione di
mitti:tamē ſunt cōfitenda propter preceptū quo
tenet̃ quilibet confiteri ſemel in anno:quando
ſcilꝫ confitens non habet niſi venialia.vnde ſi
haberet mortalia q̄ confiteret̃:non teneret̃ de
nccīate venialia confiteri.de hoc tamē infra ma
gis late dicet̃. Ulterius pone ꝙ aliq̄s eſt ita at
tentus circa diuina ꝙ non habet remorſum cō=
ſcientie de aliquo pctō nec mortali/nec veniali
an iſte tenet̃ confiteri vel non.ſi non:tunc non
omnes tenent̃ et obligātur ad confeſſionē.cuiꝰ
contrariū dictū eſt. Si aūt tenetur et non habꝫ
conſciam de aliquo pctō nec mortali/nec venia
li:tunc tenetur ad confitendū et dicendū contra

conſciam ſuā/et ita mētiri.quod nefas eēt dice
re.ergo ad minus talis nō teneť cōfiteri. Dico
ad hoc ꝙ cū ſapiēs dicat ꝙ ſepties in die cadit
iuſt⁹:impoſſibile credo ſecūdū ſtatū viatoris ꝙ
aliqͣs habens intellectū et vſum rōnis tranſeat
vnā diē/vel vnā ſeptimanā ſine remorſu alicu-
ius peccati venialis ꝙ aūt totū annū tranſeat:
hoc habeo magis pro impoſſibili.nec credo ꝙ
vnꝗ̄ iſtud donū fuerit collatū alicui ſcō niſi xp̄o
et marie virgini eius genitrici.nec credo apo-
ſtolos hoc donū habuiſſe.qꝛ venialiter peccaue-
rūt:vt dicit gregorius et augu.in li.de natura
et gratia.Si omnes ſancti ⁊ ſancte adhuc viue-
rent/et interrogati eſſent vtrū ſine pc̄ō forent:
omnes vna voce dicerēt.Si dixerim⁹ ꝙ pecca-
tū non habem⁹:nosipſos seducimus/et veritas
in nobis nō eſt.Excepta beata virgine de qua
cū de pc̄is agitur(ꝓpter honorē filij dei)nullaꝫ
proꝛſ⁹ volo cōionem haberi.Et ibero.i.ad thi.
iij.ca.Res pene contra naturā eſt:vt ſine pc̄ō
aliquis ſit.ideo homo quātūcunqꝫ ſit perfectus
debet cogitare corde/et cōfiteri ore ſe eſſe pc̄ō-
rem.qꝛ vt dicit greg.Bonarū mentiū eſt ibi cul

pam vereri/id eſt timere vbi culpa non eſt.de obſerua.ieiu.ca.conſiliū.vnde de cōi lege tenentur omnes ad confeſſionē.Et ſi deus de ſpēaliſſima grā daret iſtud donū alicui ꝙ nec mortaliter/nec venialiter peccaret:credo ꝙ adhuc vt non contemneret preceptū eccleſie talis dēret preſentare ſe ſuo confeſſori:non quia diceret ſe pctōreʒ quia mentiretur:ſʒ deberet dicere.Domine non habeo conſciam de aliquo peccato:tamen propter preceptū eccleſie preſento me vobis.ſicut dixi ſupra:ꝙ ſanctificatus in vtero deberet recipere ſacramentū baptiſmi:licʒ non habeat peccatū originale.

Ca.iij.de tp̄e quo quis tenet̄ ad cōfeſſionē.

Eſte ſapiente.Omnia tp̄s habent:deo nūc videndū eſt de tp̄e quo facienda ē cōfeſſio.ſcʒ vtrū facienda ſit ſtatim cū homo peccauerit/vel poſſit differri vſqʒ ad tempus ſtatutū in decre.Omnis vtriuſqʒ ſexus/ſcilʒ vſqʒ ad xl.Ad huius ergo euidentiam:ſciendū ꝙ nos poſſumus loqui de confeſſione vel q̄tū ad propoſitū interius/vel q̄tū ad verbū exterius.Si primo modo:ſic dicunt cōiter omnes doctores

ꝙ tenetur q̇ȝ proponere confiteri quando tene
tur primo de pctō conteri. et qr ſine ꝓpoſito con
fitendi et ſatiſfaciendi non dimittit̄ peccatuȝ in
contritione. ꝛ dico quando tenet̄ primo conteri
quia ſicut dictū eſt ſupra ſemꝑ et ꝙcito occurrit
memoria de peccato tenet̄ homo dolere et con
teri de eo/modo quo dictū eſt ſupra/licet etiaȝ
fuerit ip̄m confeſſus. tamē ex quo legitime eſſet
ipſum confeſſus: non tenet̄ ip̄m iterū confiteri.
de hoc tamen magis dicet̄ infra: quādo agetur
de iteratione confeſſionis. Quoniā igit̄ ſtatim
cū homo aduertit ſe peccaſſe mortaliter: tenet̄
conteri/ideo tunc tenet̄ proponere confiteri. ſȝ
ſi loquamur de confeſſione actuali: ſcȝ quādo ho
mo tenetur actualiter confiteri. In iſta materia
ſentiūt diuerſimode doctores. Quidā eni dicūt
indiſtincte ꝙ quātūcunqȝ/et quandocūqȝ aliq̄s
peccauerit: non tenet̄ confiteri ante paſcha: ſed
bene tenetur conteri/et eſſe in ꝓpoſito confiten
di. Et fundant intentionē ſuam ex duobus. Pri
mo q̇a preceptū de confitendo eſt affirmatiuū.
et ideo non obligat niſi pro loco et tempere de
terminatis. tp̄s aūt determinatū ab eccleſia eſt

eccleſia eſt quadrageſima: ideo nullus immo
nec in natali/ſeu etiā penthecoſte ꝑ ca. Secula-
res. de conſe. diſ. ij. et ca. Omnis homo. et ca. ſi
non frequenti. teneṫ ante. xl. confiteri: niſi eſſet
in periculo mortis. Secundo q̇a actus confeſſio
nis non eſt neceſſarius ad iuſtificationē. quia ꝑ
contritionē eſt iuſtificatio. et ita confeſſio ſolum
eſt neceſſaria ex precepto/ et obligatione ecclie
ſed eccleſia nō exigit ante paſcha/ niſi periculū
mortis immineat: ergo ante tempus illud nemo
tenetur cōfiteri niſi in ꝑiculo mortis. Alij dicūt
ꝙ peccator exiſtens in pctō mortali tenetur ſta-
tim quādo habet diſcreti et idonei confeſſoris
copiam/ et peccati cōmiſſi memoriā confiteri pec
catū ſuū. Nec obſtat illa decre. Omnis vtriuſqꝫ
ſexus. q̇a illa decre. non dicit ꝙ vſqꝫ tunc diffe
ratur: ſed ꝙ non expecteṫ vltra. ſicut eccleſia ꝓ-
hibet ne q̇s vltra annū remaneat in excōicatio
ne: non tamē dat licentiā remanendi vſqꝫ ad il-
lam horā. Itē illa decre. fuit edita non ꝓ neg-
ligentibus: ſed contra negligentes. ſed anteꝗ̃
ipſa eſſet edita: pctōr tenebatur confiteri ſtatim
quādo offerebat ſe oportunitas: ergo videṫ ꝙ

ſic teneatur poſt eius editionem. Que iſtarū opi
nionū ſit verior: fateor me neſcire: tamen dicere
ſicut prima dicit videtur mihi ꝑiculum. dicere
aūt ſicut ſecunda: videt̄ mihi durū. Sanctus ve
ro tho. ī quadā q. de quodlibetis ponit aliquos
caſus in quibus tenet̄ exiſtens in peccato mor
tali ſtatim confiteri. Primus eſt quādo eſt in in
firmitate de qua imminet ſibi ꝑiculum mortis.
Et iſte caſus colligit̄ ex his q̄ dicunt̄ extra de
pe. et re. ca. cū infirmitas. Secūdus caſus ē quā
do habꝫ facere aliq̄d de quo imminet ſibi ꝑicu
lum mortis/ licet ꝓ tꝑe illo ſit ſanus. ſicut quan
do habet trāſire mare/ vel viā longam facere/
vel pugnare/ vel aliq̄d tale. Tertius caſus ē. ſi
habet facere aliq̄d quod exiſtens in pctō morta
li nō pōt facere ſine peccando mortaliter. ſicut
ſi habet dicere miſſam/ vel reciꝑe/ aut miniſtra
re aliquod ſacramentū ecclie. Quartus caſus ē
quando cōmiſit aliquod peccatū de quo curatꝰ
ſuus non pōt eū abſoluere et timet ꝙ tꝑe ſtatu-
to non poſſit hr̄e copiā idonei cōfeſſoris. Quin-
tus caſus eſt quādo conſcia ſua dictat ſibi ſtatim
eſſe confitendū. quia aut tenetur deponere eā:

aut facere ſecundū eam/cū non ſit erronea:ſed ſalubris. Omnes enī dicunt ꝙ licet non ſit neceſſariū ſtatim confiteri:eſt tamen multū congruum. Iuxta dictū ſapientis dicentis. Nō tardes conuerti ad dominū:et ne differas de die in diem:ſubito enī veniet ira illius/et ī tempore vindicte diſperdet te. Notandū ꝙ ray.ponit in ſumma ſua.v.rōnes:propter quas multū vtile eſt et congruuꝫ ſtatim confiteri. Prima eſt ꝓpter incertitudinem hore mortis. vnde dominus in euāgelio. luce.xij.c. Veniet domin⁹ ſerui illius in die qua non ſperat.et hora qua neſcit/et partem eius cum infidelibus ponet. Item diuiti penitenti ſibi longam vitā fuit dictum. Stulte hac nocte demones repetent animā tuā a te et ea q̄ aceruaſti cuius erunt: Secunda cauſa ē quia morans in peccato ſemper accumulat peccatū peccato:et per conſequens penā pene. vnde apoſtolus ad ro.ij.ca. An ignorās quoniaꝫ benignitas dei a pnīam te adducit: ſecūdū aūt duritiā tuā et impenitens cor theſaurizas tibi irā dei in die tribulationis et reuelationis iuſti iudicij dei. q̄ reddit vnicuiqꝫ ſecūdū opera ſua

Et oſee.iiij.ca.dicitur.Maledictū mendaciū/fur
tū/et homicidiū inundauerunt/et ſanguis ſan=
guinez tetigit/id eſt peccatū adducit aliud pec
catū.vnde greg. Peccatū quod ꝑ pniām nō di=
luitur:mox pondere ſuo ad aliud trahit. Tertia
cā eſt.quia quāto maiorē morā fecerit q̄s in pec
cato:tanto magis elongabit̄ a deo.⁊ per conſe
quens tanto difficilior erit conuerſio. Juxta id
quod cōiter dicit̄ in ouidio de remedio amoris
Nec te venturas differ in horas.Qui nō eſt ho
die cras minꝰ aptus erit.Et oui. Principijs ob=
ſta:ſero medicina paratur. Cū mala ꝑ longas
cōualuere moras.Et pſalmiſta pſal.lxxij. Domi
ne q̇ elongant ſe a te ꝑibunt Quarta cā eſt.quia
in magna ⁊ anguſta egritudine vix poteſt ali
quis bene penitere ſeu etiaz de pctīs cogitare.
vnde ihero.Cū egritudine opprimeris vix po
tes aliud cogitare ꝙ̄ quod ſentis:et illic rapit̄
intentio mentis vbi eſt vis doloris. multa eni
(vt ait augu.)tunc incurrūt impedimenta. Naz
morbus viget/pena tenet/filij/vxor/mundus.
et quos illicite dixit:eū a ſe vocant.de pe.diſ.
vij.li.Tene ergo certū/et dimitte incertū.id eſt

penitentiā age/et confitere cū ſanus es et non
differas vſq3 ad infirmitatē.iuxta conſiliū ſapi-
entis dicētis.Viu⁹ et ſanus confiteberis.Quin
ta cauſa eſt qꝛ niſi pctōr in vita ſua exaudierit
dominū clamantē ꝙ confiteat᷑ et faciat pniam:
clamabit poſtea ipe ad dominū ⁊ nō exaudiet᷑
Exemplū de diuite epulone q̇ in inferno ſepul-
tus eſt.q̇ etiā pro vna gutta aque non eſt exau
ditus ꝓpter quod nō eſt differenda/vel tardan
da confeſſio:ſ3 eſt multū congruū et vtile ſtatim
cōfiteri.Richard⁹ aūt in.iiij. ſuo ſuꝑ ſen.loquēs
de hac materia dicit ꝙ aliter ſentiendu3 eſt in
iſto caſu de religioſo et aliter de laico.Nā reli-
gioſus cū totū tempus vite ſue ſit ſibi tempus
pnie:habita copia ſacerdotis idonei ſi peccaue
rit mortaliter credo ꝙ ſtatim ſine mora tenetur
cōfiteri.Et intelligit᷑ ſine mora ſicut recta ratio
ordinabit.Laicus vero rōnabiliter pōt expecta
re tempus.xl.quod eſt tempus pnie.vnde cū il
lud temp⁹ ſit magis laicis oportunū ad confitē
dum/et ſatiſfaciendū:ſi expectent illud rōnabili
ter audeo iudicare ꝙ non peccāt:dū tamē ꝓpo
nant firmiter confiteri tunc temporis.De cleri-

cis aūt nō audeo iudicare.conſiliū aūt ſanū do:
ꝙ omnes q̇ cadunt per peccatū mortale confite:
antur ſtatim cū poſſunt.non enī videtur vere cō
tritus:qui tamdiu vulnus peccati portat occul:
tū.verba ſunt richardi.Quicq̇d ſit de iſta mate
ria:credo ꝙ in caſibus quos ponit ſanctus tho.
de nccītate tenetur quilibet ſtatim habita opor
tunitate confiteri.Credo etiā ꝙ conſiliū richar
di ſanū eſt et ſalubre/et debet exequi cū diligē
tia et virtute.

Ca.iiij.cui facienda eſt confeſſio

Quoniā ille cui facienda eſt confeſſio ſacra
mentalis oportet ꝙ habeat claues:vidē
dum eſt primo de clauibus.Pro quo notandū
ꝙ hoc nomen clauis tranſlatum eſt a corporali
bus ad ſpiritualia.Clauis enī in corporalibus
eſt inſtrumentū ad remouendū aliquod obſtacu
lum quod impediebat/ne poſſet bene haberi
aditus ad domū.Sic etiā in ſpiritualibus illud
quod remouet peccatū mortale:quod eſt obſta:
culū ad ingrediendū regnū celeſte vocatur cla:
uis.Et iſta clauis eſt triplex.Nam quedā eſt au
ctoritatis:et iſtā habet ſolus deus.De qua cla:

ue loq̄bantur iudei dū dicebāt.Quis pōt dimit
tere pctā niſi ſolꝰ deus:quaſi dicerēt nullus.et
hoc verū eſt auctoritatiue.Alia ē clauis excel
lentie:⁊ hanc ſolꝰ habet xp̄s homo. Et de hac
claue loquit̄ iſayas in ꝑſona dei de xp̄o dicens
Dabo clauem dauid ſuper humerū eius. Et di⸗
citur chriſtus homo habere clauē excellentie:
inquantū per paſſionem ſuam ipſe ſatiſfecit pro
peccatis noſtris.et non ſolum pro noſtris:ſʒ ꝓ
peccatis totius mundi.vt dicit beatus iohānes
et hoc eſt verū quantū ad efficatiam et ſufficien
tiam.vel dicitur homo chriſtus habere clauem
excellentie inquātum effectum ſacramentorum
poteſt dare ſine ſacramētis Tertia eſt clauis mi
niſterij:et iſtam clauem habent ſacerdotes. et
datur eis in collatione ordinis ſacerdotalis.
de iſta dictū fuit beato petro.Tibi dabo claues
regni celorū.Et de tali claui loquit̄ hic. Sci
endū ergo ꝙ duplex eſt clauis miniſterij. vna
eſt ſcientia diſcernendi.alia eſt poteſtas ſoluen
di atqʒ ligandi De ſcientia aūt diſcernēdi quo
modo eſt clauis et quomodo nō:et ſi eſt alia cla
uis ſecundū rem a poteſtate ligandi ⁊ ſoluendi:

eſt magna diuerſitas inter doctores theologos ideo nūc nihil dico de iſta materia.preſertim cū papa dominꝰ iohānes quodāmodo loquens in quadā ſua extrauaganti q̄ incipit.Quia quorū dam.faciat mentionē de iſta diuerſitate doctorū et nihil ſup̱ hoc deteterminet.vnde ex quo relin quit indeterminatū:temerariū eſſꝫ aliq̄d diffini re.Iſtud tamen firmiter eſt tenenduꝫ ꝙ iſte cla ues dantur cuilibet ſacerdoti in ſua ordinatiōe ſed non poſſunt exire in actum donec ſacerdos habeat materiā in qua agat et hoc vel per cō-miſſioneꝫ cure animarū ſicut habent archiepī/ epī/et omnes habentes curā animarū vel per priuilegiū:ſicut habent frēs predicatores ꝛ mi nores.vel alij qui ex priuilegijs domini pape vel epōrum poſſunt predicare et cōfeſſiones au dire.Ex his ergo patet cui facienda eſt cōfeſſio ſacramētalis.ꝛ dico cōfeſſio ſacramētalis ad ex cludendū confeſſionē conſiliatiuā ſiue directiuā quādo ſcꝫ pctōr confitet̄ alicui pctā ſua nō vt eū abſoluat:ſꝫ vt eū ſup̱ illo conſulat et ille eū diri gat.qꝛ talis pōt fieri cuicunqꝫ homini q̄ eū po-teſt iuuare vel conſulere orando/vel inſtruendo

ſed loquendo de confeſſione ſacramentali q̄ fit propter abſolutionē: dico ꝙ ex predictis due patent cōcluſiones. Prima eſt ꝙ confeſſio ſacramētalis eſt facienda ſacerdoti/et non alijs. id ē non pōt fieri nec debet niſi habēti claues. ⁊ iſte eſt ſolus ſacerdos. Cuius ratio eſt. q2 abſolutio fit virtute clauiū ita ꝙ nullus pōt abſoluere in foro pnīe niſi habeat claues: cū claues ordinentur ad abſolutionē. Iſtud tamē melius dicet̄ infra quādo agetur de ptāte clauiū. ſed nullus habet claues niſi ſacerdos: cū claues dentur in collatione ordinis ſacerdotalis. ergo confeſſio ſacramentalis non pōt nec debet fieri niſi ſoli ſacerdoti Et ita dicit augu. et ponitur de pe. diſ. vi. Qui vult cōfiteri pctā ſua vt inueniat gratiā querat ſacerdotē. Secūda concluſio eſt. ꝙ cōfeſſio facienda eſt proprio ſacerdoti. licȝ enī (vt dictū eſt) omnes ſacerdotes habeant claues: nō tamen habent materiā/id eſt parrochianos in quā poſſint exercere vſum clauiū: ſed ſolū illi q̄bus cōmiſſa eſt regulariter cura animarū/regulariter q̄ habet vſum ptātis reſpectu illorū. ſcilȝ hominū quorū cura eſt eis cōmiſſa. et ideo ſolū

talibus eſt confeſſio facienda .et tales ſunt pro
prij ſacerdotes:ergo ꝓprijs ſacerdotibus eſt fa
cienda confeſſio.Sed poſſet aliquis dicere q̇s ē
proprius ſacerdos?Aliq̇ dicunt ꝙ proprius ſa-
cerdos eſt parrochialis ſacerdos q̇ habet mini
ſtrare ſacramenta eccleſiaſtica:et ꝙ iſti facienda
eſt confeſſio.Et videt̃ dictū iſtorū fundari in ra-
tione iſta.Illi debet fieri confeſſio:q̇ habet mi-
niſtrare ſacramentū eucariſtie.ad hoc enī eſt da
tum preceptū de confitente ī quadrageſima vt
fideles digne accederent ad ſacramentū euca-
riſtie in paſcha.Cū ergo ſacerdos parrochialis
ſit obligatus ex officio ſuo miniſtrare parrochi-
anis ſuis ſacramentū eucariſtie ideo omnes par
rochiani ſui de nccāte adminus in quadrage-
ſima vel in paſcha tenentur ei confiteri.Et ita
videtur intentio illius decretalis.Omnis vtri-
uſqꝫ ſexus.et illius de peni.di.vi.patuit.Iſtud
etiā videtur de intentione ſacre ſcripture in ve
teri teſtamento vbi dicit̃ ꝓuer.xxvij.Diligen
ter agnoſce vultū pecoris tui.ſecundū glo.vul
tus pecoris eſt conſcia illius q̇ non pōt agnoſci
niſi ꝑ confeſſionē.ergo oportet ꝙ ille qui habet

curam animarū cognoſcat confeſſionē: quod nō poteſt fieri niſi audiat eā. Hoc idem videt̄ dicere ſcriptura in nouo teſtamento ad hebre. ca. ſi Serui obedite per omnia ꝑpoſitis veſtris. Ipſi enī peruigilant quaſi reddant rationē pro animabus veſtris. Si ergo ille qui habet curā tenetur reddere rōnem ꝑ anima ſubditi: videtur neccāriō ꝙ ſciat ſtatū ipſius anime ſubditi. quod non pōt fieri niſi audiat confeſſionē illi⁹. quare oportet ꝙ q̇libet ſubditus confiteat̄ curato ſuo Alij diſtinguūt de proprio/et dicūt ꝙ propriū duobus modis dicit̄. Uno mō dicit̄ propriū ſecundū ꝙ diſtinguit̄ contra alienū. Alio mō dicitur propriū ſecundū ꝙ diuidit̄ contra cōmune. modo dicūt iſti ꝙ q̇libet tenet̄ confiteri ꝓprio ſacerdoti ſecundū ꝙ ꝓpriū opponitur alieno: non aūt ſecundū ꝙ opponitur cōmuni. Nā conſtat et certū eſt ꝙ ſi aliquis confeſſus eſſet peccata ſua domino pape archiepō/vel epiſcopo ſuo fatuum eſſet dicere/et temerariū ꝙ tenetur illa eadem peccata confiteri ſuo parrochiali curato. cum ergo illi qui predicant ex priuilegio ⁊ audiunt confeſſiones ſunt vicarij domini pape

et ep̄orum:ideo confeſſi eis non tenent̄ iterū cō
fiteri ſuo ſacerdoti parrochiali:cū tales ſint qua
ſi penitentiarij particulares.Et ideo ſicut cōfeſ-
ſi penitētiarijs domini pape vel ep̄orum non te
nentur iteruꝫ confiteri curatis ſuis:ita nec con
feſſi illis.Et ita hodie determinatū eſt ꝑ domi-
nū iohēm papā.xxij.in quadā decretali ſiue ex
trauaganti ſua q̄ incipit vas electionis. Iſtud
etiā videt̄ eſſe de intentioue illius decretalis
bonifaciane.ſuper cathedrā.q̄ ponitur extra
de ſepulturis.Et de pe.et re.in cōſtitutionibus
domini clementis.ca.dudū a bone.Ubi dicitur
ꝙ frēs predicatores et minores tantū habent
de ptāte in confeſſionib⁹ audiendis:quātū par-
rochiales ſacerdotes de iure noſcunt̄ habere.
ſed confeſſi parrochialibus ſacerdotibus non te
nentur iterū confiteri:ergo nec confeſſi illis. Et
ſecundū iſtā viā illa decre.Omnis vtriuſqꝫ ſex
us.loquitur de ſacerdote proprio pro vt ꝓpriū
diſtinguit̄ contra alienū non aūt pro vt diſtin-
guit̄ contra cōmune.et eſt ſenſus.ꝙ confiteat̄
proprio ſacerdoti/id eſt non alieno.Quicq̄d ſit
de hoc:tamen ſi illi qui audiunt confeſſiones ex

priuilegio domini pape inducerent ſibi confitē
tes ad cōfitendū ſemel in anno: ſuis curatis be-
nefacerent .et ad hoc inducuntur in illa decre.
domini benedicti.xi.q̄ fuit de ordine predicato
rū q̄ incipit. Inter cunctas. Et tenentur ad hoc.
quia licet illa decre. ſit reuocata inquātū contra-
riatur decretalis bonifaciane q̄ incipit. Super
catedrā: non tamē quātū ad ea q̄ continet equi-
tatis et rationis eſt reuocata. Sz nunqd partro-
chialis ſacerdos pōt abſoluere partrochianū ſu
um de omni pctō: Dicendum ꝙ ray. in ſumma
ſua ponit quinqz caſus de quibus ſacerdos p-
rochialis non poteſt ſe intromitere niſi ſpeciali-
ter fuerit ſibi cōmiſſum. Primus eſt quando eſt
ſollennis penitentia peccatori iniūgenda. Se-
cūdus eſt quādo peccato annexa eſt excōicatio
Tertius eſt quādocunqz/et vbicunqz inuenit
irregularitatē contractā. Quartus eſt de incen-
diarijs. Iſtis aūt quatuor caſib⁹ addit hoſtien.
alios tres caſus/ita ꝙ ſic ſunt. vij. Unde quint⁹
caſus eſt de publico peccatore/ſicut de publico
blaſphemo. Sextus eſt de falſarijs litterarū do-
mini pape. Septim⁹ eſt ſi ſit conſuetudo in epa

tu ꝙ aliqua certa crimina ad epiſcopū reſeruen
tur.ſicut obtinet conſuetudo in pl̄eriſqꝫ locis et
epiſcopatibus de homicidio/ſacrilegio/ſortile=
gio/falſario/de violatoribꝰ immunitatis eccle
ſie/ſodomitis/inceſtuoſis/periuris/et alĳs enor
mibus criminibus que epiſcopi ſibi retinent:
ſecundū ꝙ eis expediens videtur de quibꝰ cer
ta regula dari non pōt ſed vnuſquiſqꝫ curatus
habeat ſinodale ſuū cum quo ſe dirigat in iſta
materia.dominꝰ guil.durādi in repertorio ſuo
dicit ꝙ ponere tot caſus non eſt niſi auferre cu=
ratis poteſtatē ſuam cum poſſint omnia de iure
q̄ non ſunt eis prohibita expreſſe. hoc probat
ca.Nuper.de ſen. excōi. ante finem.Notandū
ꝙ ray.in ſumma ſua ponit ſex caſꝰ in q̇bus vnꝰ
ſacerdos parrochialis poteſt abſoluere et audi
re confeſſiones ſubditorū alterius ſacerdotis.
Primus eſt quando ille extraneus deliquit in
parrochia ſua .Secundus eſt ſi mutauit domici
liū.ſicut eſt de ſcholaribus ſtudentibus pariſiꝰ
vel alibi. Tertius ſi ſit vagabundus. ſicut ſunt
iſti pauperes vagabūdi per mundū. Quartus
quando aliquis habet ſacerdotez imperitū/vel

malicioſum et omnino inſufficientem et vult ire ad magis peritū/et ſufficientez q̇ ſibi conſulat poteſt ire ad eū petita tamen prius et obtenta licentia a proprio rectore vel ſacerdote/ꝛ ſacerdos tenetur eam ſibi dare. Quintus caſus eſt ſi aliquis volens facere longum iter/vtpote ire ad ſanctū iacobū/vel aliā quācūqꝫ peregrinationem ſiue locum petita licentia a curato ſuo ꝙ poſſit in itinere confiteri. q̇a tunc quilibet qui poteſt audire confeſſiones: poterit eius confeſſionē audire. Sextus caſus eſt quando peccator eſt in articulo neceſſitatis. quia in iſto caſu poterit cuilibet confiteri. In alijs aūt caſibus prefatis non poteſt confiteri niſi potenti audire confeſſiones/vel ex commiſſione/vel ex priuilegio

Sed quid fiet de militibus et nobilibꝰ/ſiue quibuſcunqꝫ alijs qui habēt domicilia diuerſa in diuerſis parrochijs: et per vnam partem anni morantur in vno domicilio/et per aliam in alio/cui confitebuntur iſti? Dicendum ꝙ tales confiteri debent illi curato in cuius parrochia habent principale domicilium/vel in cuiꝰ parrochia morantur per maiorem partem anni

Sed pone.hec eſt vna mulier fragilis/⁊ ad
peccatū prona:timet de curato q̇ eſt leuis et lu
bricus ꝙ ſi confiteat̃ ei ne ſollicitet eā de pecca
to vel ꝙ reuelet eius confeſſionē nunq̇d iſta cō-
fitebitur ei? Dico ꝙ ſi timeat̃ veriſimiliter/vel
probabiliter de iſtis/vel de aliquo iſtorū debꝫ
petere licentiā curato ſuo ꝙ confiteat̃ alij. Vel
ſi poteſt habere copiā ſuperioris/ſicut epiſcopi/
vel penitentiarij/vel alicuius religioſi habētis
poteſtatē audiendi confeſſiones:confiteatur ei.
Sed q̇d ſi forte iſta non poteſt habere copiam
alicuius iſtorū ⁊ curatus eſt ita malicioſus ꝙ nō
vult ſibi dare licentiā confitendi alteri quid fa-
ciet iſta perſona? Dico ꝙ ſi timet de ſolllicitu-
dine cōmendet ſe deo orando ꝙ eam eripiat a
temptatione/et donet ſibi virtutē et conſtantiā
reſiſtendi et confiteat̃ in loco publico. et deus
qui (teſte apoſtolo)neminē temptare ꝑmittit vl-
tra id quod poteſt:faciet cū temptatione ꝓuen-
tuꝫ et adiuuabit eam:et ſic non cōmouebit̃. In
caſu aūt ꝙ timeret de reuelationē confeſſionis:
credo ꝙ ſi timor eſſet iuſtus/et rationabilis:nō
leuis/vel fatuus ꝙ ſine licentia ſua ſi ipſe eam

negaret:ius concedit ſibi ſcꝫ alteri habenti po
teſtatem audiendi confeſſiones poſſit confiteri:
ita tamen ꝙ ſit in propoſito ꝙ ſi haberet curatū
ſufficientē confiteretꝛ ei.Sicut eſt ille q̇ contra
hit ſponſalia/vel matrimoniū apponendo cōdi=
tionem inhoneſtaꝫ contra ſubſtantiā mrīmonij:
priuatꝛ iure mrīonij.vt dicitur.xxij.q.iiij.Inter
cetera.xxxij.q.ij.aliquando ſolet queri.extra de
cōditione appo.ca.iij.de ſponſa.ca.ſi.Ita ſacer=
dos non ſeruans ea q̄ ſunt de ſubſtantia cōfeſſi
onis/immo faciens contra ea eſt priuatus iure
quod habebat in audiendo confeſſiones.Cum
ergo tenere ſecretū ſit de ſubſtātia confeſſionis
quantū eſt ex parte confitentis et confeſſoris/
ſacerdos reuelans cōfeſſionem eſt priuatꝰ iure
quod habebat in audiendo cōfeſſiones.Et ideo
ſi timeatꝛ iuſte et rōnabiliter ꝙ iſte curatus re=
uelabit confeſſionē:nullus tenetur confiteri ſibi.
Verū eſt ꝙ iſta ratio nō concludit niſi contra eū
q̇ iam reuelauit confeſſionē/et non contra eū q̇
reuelaturus eſt.ſꝫ hoc facit ſequens rō.Secun
dū enī beatū bern.Quod ꝑ caritate inſtitutuꝫ
eſt:contra caritatē militare nō debet.ſꝫ cōfeſſio

eſt inſtituta pro caritate qua quilibet tenetur ſe
diligere ad honorem dei eū glorificando/et ſe
humiliando et eū ſibi reconciliando:ergo non
tenetur militare contra caritatē eum prodendo
et diffamando quod fieret ſi homo teneret̃ con
fiteri illi de quo iuſte et rōnabiliter timeret̃/ſeu
preſumeretur ꝙ reuelaret confeſſionē.Unde au
guſ.ad quēdam eum hortando ad confeſſionez
et pnīam dicit.Non dico tibi vt te prodas.ſed
ſi aliquis ſcienter confiteretur alicui qui confeſſi
onem reuelaret:proderet ſe:ergo nō debet ſibi
confiteri Sed pone proprius ſacerdos ē he-
reticus/vel ſciſmaticꝰ/vel notorie ſimoniacus/
vel excōicatus nunq̄d debꝫ ſibi confiteri? Dico
ſine preiudicio ꝙ non.Et rō generalis quantū
ad omnes talis eſt.Cū enī participare cū excōi
cato in ſacramētis ſit peccatū mortale:et omēs
tales ſint excōmunicati de iure.et confeſſio ſa-
cramentalis ſit ſacramentū/quicunqꝫ talibꝰ cō
fiteretur:peccaret mortaliter.Sꝫ quantū ad he
reticū eſt ſpecialis ratio.quia hereticus de faci
li poneret confitentē ſibi in errorem/vel duce-
ret in deſperationē.ſicut fecerunt phariſei iude

qui confeſſus eſt eis dicens:peccaui tradēs ſan
guinē iuſtū.Et ipſi loco boni cōſilij dixerūt ei.
Quid ad nos?tu videris. Ulterius pone.dici
tur enī cōmuniter et verum eſt vt declarabitur
infra.ꝙ nullus debet diffamare / vel accuſare
aliū in confeſſione.Sed poteſt contingere ꝙ ſi
aliquis confiteatur curato ſuo oportebit ꝙ diffa
met alium.ſicut ponatur ꝙ aliquis peccauerit
cum matre ſua que bene nota eſt curato/vel cū
filia et ſorore quas etiam curatus bene nouit.o=
portet enim ꝙ talis exprimat nomen ⁊ ꝑſonam
in confeſſione dicendo.habui talem rem cū ma=
tre/vel filia/vel cum ſorore.et ſic cum iſte(vt di=
ctum eſt)ſint note curato:remanebunt diffamate
apud eum.Dicendum ꝙ ille debet confiteri ſi
habeat oportunitatem tali qui non habeat no=
ticiam perſonarum.Unde talis debet ire ad cu
ratum exponendo/et dicendo ſibi.Domine ha
beo caſum quē non debeo confiteri vobis/non
quin vos ſitis ſufficiens:ſꝫ caſus eſt talis ꝙ non
debeo dicere vobis.ideo peto licentiaꝫ cōfiten
di alteri:et ſacerdos tenetur eā dare ſibi.et ea
habita tenetur querere confeſſorem idoneum

qui nullā notitiā habeat de perſona cū qua peccauit ipe. Et conſulo ſacerdotibus curatis ꝙ ſint faciles ad tales licentias concedendas. q̇a ex hoc ꝓuenit duplex bonū. vnū ꝙ ipſi exonerāt: aliud q̇a peccatores melius/aptius et ſecurius confitenẗ Sed nunq̇d mulier q̄ peccauit cum curato ſuo debet illi confiteri? Dico ꝙ cū verecundia ſit magna pars ſatiſfactionis/et homo non tantuꝫ verecundareẗ de illo q̇ eſt conſcius ſceleris quātū de vno alio mulier iſta non debꝫ iſti confiteri/nec ipſe debet eā audire: immo debet ei dicere vade ad aliū. tamē ſi confitereẗ ei ⁊ ipſe abſolueret eā: eſſet abſoluta Sacerdos aūt curatus cui confitebiẗ? Dico ꝙ quādo ſibi cōmittitur cura animarū ab epō ſi ipſe peteret licentiā vt poſſet ſibi eligere confeſſorē/vel in cōmiſſione cure diceret ei epūs. Ne ex hoc ꝙ habes curam aliorū detrimentū anime tue patiaris: concedimus tibi ꝙ poſſis tibi eligere confeſſorem idoneū qui te abſoluere valeat: eſſet multū ſecurū. tenetur tamen cōiter ꝙ in cōmiſſione cure detur eis licentia implicite: alias cōmiſſio cure eſſet eis multū nociua Sed nunquid

ex hoc poſſunt confiteri ſimplicibus ſacerdoti-
bus qui non habent auctoritatē/vel poteſtatē
audiendi confeſſiones: Dico ꝙ non de rigore
iuris. Cuius eſt duplex rō. vna q̇a iſte non ē mo
dus dandi iuriſdictionē illi q̇ alias non habet
Alia eſt. q̇a licet curati ſint licentiati ꝙ poſſint
confiteri: tamen iſti non ſunt licentiati ꝙ poſſint
eos audire. Tamen credo ꝙ ex quo epī ſciunt ꝙ
curati confitentē iſtis/et ipſi abſoluant eos ꝛ non
ꝓhibent/immo diſſimulant videntur eis tacite
dare ptātem audiendi/et abſoluendi eos ſcꝫ ſa-
cerdotes curatos. Notandū inſuꝑ ꝙ ſi alq̇s ſit
in periculo mortis/et non poſſit habere copiā
ſacerdotis: poteſt et debet cōfiteri laico fideli: ꝛ
non excōicato. vt habetur de pe. diſt. i. ca. q̇ pe-
nitet. de conſe. diſ. iiij. Sanctum. Et Augu. dicit.
Tanta eſt vis confeſſionis: vt ſi immineat articu
lus mortis/et deeſt ſacerdos: confiteatur proxi-
mo. ita tamen ꝙ talis confeſſio non eſt ſacramē-
tum: cū deſit ibi illud quod eſt formale in ſacra-
mento/ſcilꝫ poteſtas clauiū. Ratio tamen bone
voluntatis quā pretendit in verecundia quam
habet: cōfitendo abſoluitur a deo. et ille qui au

dit eius confeſſionez:tenet̃ orare pro eo dicendo. Miſereat̃ tui ꝛc. ſi ſciat vel pater noſter. ita tamen ꝙ ſi euadat piculū:tenet̃ iterū confiteri illi qui eum poteſt abſoluere.

Ca. v. de quibus debet fieri confeſſio.

Expedito quaſi ſuperficialiter cui facienda eſt confeſſio:reſtat videre de quibꝰ debet fieri:Et eſt ſciendū ꝙ debꝫ fieri de peccatis. ita dicitur in pſal. Dixi confitebor aduerſum me in iuſtitiam meā domino. Iniuſtitiā dicit et nō iuſtitiam. Et in canonica beati iacobi. Confitemini alterutrū peccata veſtra/ non bona vel virtutes. ſicut faciebat phariſeus dicens. Gratias ago tibi domine qa nō ſum vt ceteri hoies/ fornicatores/ adulteri. velut etiā hic publicanꝰ. ie iuno bis in ſabbato. decimas do omniuꝫ q̄ poſſideo. debꝫ ergo confeſſio eſſe de pctis Pro quo notandū ꝙ pctōꝝ quedā ſunt venialia/ quedā mortalia. Q̄tum aūt ad pctā venialia loquendo ſimpliciter:nō ſunt cōfitenda de nccītate. Cū enī de natura ſua ſint venialia quod etiā ipſum verbū importat poſſunt etiā pſone conſequi veniam ſiue habendo pniam interiorē/ ſiue cōtriti

305

onem in generali de ipſis/ſiue ꝑ exteriorez pe nitentiã aſſumptã/ſiue ꝑ percuſſionẽ pectoris et ſimilia. Unde notandũ ꝙ peccata venialia mul tis modis remittũtᷣ etiã abſqꝫ cõfeſſione ſacra mentali. Uno mõ ꝑ confeſſionẽ generalẽ q̃ fit in prima/et in cõpletorio/ꝛ in pĩcipio miſſe. Alio modo ꝑ benedictionẽ epiſcopalẽ. Et idẽ credo non tamẽ aſſero de benedictione ſacerdotis q̃ fit in fine miſſe. Alio modo per aſperſionẽ aque be nedicte. de conſecra. diſ. iiij. Aquam ſale aſper ſam benedicimus: vt cuncti ea aſperſi benedicã tur et ſanctificentur. Alio mõ per percuſſionẽ pe ctoris. Alio modo quãdo quis dicit deuote ora tionẽ dominicã/ſcꝫ pater noſter ꝛc. Et hoc virtu te iſtius verbi. dimitte nobis debita nrã ꝛc. A lio mõ(vt dicũt aliq̃)per ingreſſum eccleſie conſe crate. quod intelligo quãdo ingrediᷣt cauſa orõ nis. Alio mõ per elimoſine largitõnem. vnde in danie. iiij. ca. Peccata tua elimoſinis redime. de peni. diſ. i. medicinã. Et credo ꝙ per quodli bet opus bonũ deleãᷣt. in ca. preallegato. Alio modo per deuotam ſuſceptionẽ alicuius ſacra menti potiſſime eucariſtie. de conſecra. diſti. ij.

Cum omne crimen. Intelligas tamen quando
dico ſic vel ſic pctã venialia dimitti. quando ſci-
licʒ pſona non habet niſi venialia. quia ſi habe-
ret mortalia: nunꝙ ſibi dimitterentur venialia
quouſqʒ mortalia eſſent remiſſa. Quãuis autẽ ve-
nialia quantũ eſt de natura ſui non ſint de neceſ
ſitate confitenda: tamẽ eſt multũ congruũ maxi
me viris perfectis. ſicut ſunt prelati/et religioſi
ꝙ confiteantur ea. quia pnĩa eorũ multũ minui
tur virtute clauiũ. Notandũ tamen ꝙ in aliquo
caſu contingit ꝙ homo tenetur confitere pecca
tũ veniale. et hoc ꝓpter dubiũ/ſcʒ quando ho
mo dubitat ꝓbabiliter de aliquo peccato vtrũ
ſit mortale/vel veniale. qa ſi non peniteat ſicut
de mortali: diſcrimini ſe exponit. ideo debet con
fiteri ſicut iacet in conſcientia ſua/et iudicio ſa-
cerdotis relinquit vtrũ ſit mortale vel veniale
Et conſulo ſacerdoti ꝙ non ſit nimis pronus ad
iudicanduʒ pctã eſſe mortalia: ſed poteſt dicere
magnũ eſſe peccatũ/et inducere hominẽ ad pe
nitentiã. Tenetur etiã homo confiteri peccatuʒ
veniale propter eccleſiaſticũ ſtatutum: quando
ſcʒ non habet remorſum conſcientie de aliquo

peccato moꝛtali.quia cū ex ſtatuto eccleſie tene
atur quilibet confiteri in.xl.talis tenet̄ confite
ri et cū non habeat pctā moꝛtali a q̄ confiteatur
opoꝛtet ꝙ confiteatur pctā ſua venialia.dicunt
tamen aliqui ꝙ ſufficit ꝙ pꝛeſentet ſe ſacerdoti
dicens.Domine nō habeo conſciam de aliquo
peccato moꝛtali:tamē pꝛeſento me vobis vt vi
deatis conſciam meā.Tenendū eſt igitur ꝙ non
neceſſariū eſt confiteri peccata venialia ſecūdū
ꝙ talia ſunt:tamen multū vtile eſt et expediēs
nec tenetur quis ad confitendū ea niſi de bono
et equo niſi in duobus caſibus.quia ſcꝫ vel liga
tur a pꝛopꝛia conſcia ſcꝫ quando dubitat vtruꝫ
ſit moꝛtale/vel veniale/vel ex conſtitutione ec
cleſiaſtica ſcꝫ quādo non habet moꝛtalia q̄ con
fiteatur.Quantū aūt ad peccata moꝛtalia:dico
ꝙ omnia tam manifeſta/ꝙ̄ occulta tenetur quili
bet diſtincte et ſigillatim confiteri.et ſi excede=
rint a memoꝛia ſua tenetur laboꝛare quātū pōt
ꝙ recoꝛdetur.ꝙ aūt teneatur confiteri peccata
moꝛtalia etiā manifeſta ſacerdoti patꝫ.quia ad
hoc ꝙ ſacerdos abſoluat peccatoꝛē oꝑtet ꝙ ſci
at peccata vt deus cuius locū tenet/et cuius au

ctoritate abſoluit.ſed non poteſt ſcire vt deus
niſi dicant̃ ei in confeſſione:ergo q̄tūcunqȝ pec
catū ſit manifeſtū confeſſori:pctōr debet ſibi di-
cere peccatū ſuū in cōfeſſione.vt ſicut in foro iu
diciali non ſufficit ꝙ iudex ſciat cauſam vt pri-
uata ꝑſona:immo oportet ꝙ ſciat eam vt iudex
ita in foro penitentiali non ſufficit ꝙ confeſſor
ſciat peccatū vt homo:immo oportet ꝙ ſciat ip-
ſum peccatū vt deus/id eſt ꝙ in confeſſione ſi-
bi dicatur.Tenetur etiā confiteri pctā q̄tūcun-
qȝ occulta.Cuius ratio eſt.ſicut enī medicꝰ cor
poralis non poteſt dare remedium ſalubre niſi
cognoſcat infirmitatē:ita confeſſor qui eſt medi
cus anime nunq̄ poteſt imponere penitentiaȝ
ſalutareȝ niſi cognoſcat peccatū.non aūt poteſt
cognoſcere peccatū occultū niſi reueletur et in
confeſſione:ergo oportet ꝙ peccatū quātumcun
qȝ occultum confiteatur.Juſtum eſt enī vt pec-
cator qui non erubuit peccare ꝙ conſpectu dei
(cui nihil poteſt occultari)non erubeſcat confite
ri homini peccatori.apparet ergo ꝙ peccata
mortalia quecunqȝ ſint ſiue manifeſta/ſiue occul
ta:omnia et ſingula diſtincte ⁊ ſigillatim ſunt cō

fitenda. Sʒ nūquid circūſtantie peccatoꝛum ſunt confitende? Dicendū ꝙ circūſtantie pc̄ōꝛū que ſunt attendende in confeſſione continentur in hoc verſu. Quis/quid/vbi/quos/quotiens/cur/quomodo/quando. Quilibʒ attendit anime medicamina dando. Quis querit vtrū peccatoꝛ ſit maſculus/vel femina/ſenex/vel iuuenis/nobilis/vel ignobilis/liber/vel ſeruus/in dignitate vel officio cōſtitutus/aut pꝛelatus/ſane mētis vel inſanus/ſcius vel inſcius/ſolutus vel cōiugatus/clauſtralis/clericus vel laicus/cōſanguineus/affinis/vel extraneus/chꝛiſtianꝰ/hereticꝰ/iudeus/vel paganꝰ ꝛc. Quid id eſt vtrū cōmiſit adulteriū/foꝛnicationē/ſtupꝛū/homicidiū/ſacrilegiū/et ſimilia. Item vtrū illud quod commiſit ſit enoꝛme/mediocre/vel paruū. Iteʒ vtrū illud ſit manifeſtū vel occultū/antiquū vel nouū ꝛ ſimilia. vbi. ſcilʒ aut in pꝛophano loco/vel ſacro/an in domo domī/vel alibi ſcʒ ꝑ quos mediatoꝛes aut nuntios q̇a omēs tales facit eē ꝑticipes criminis/ꝛ dānatiōis/et ipſe reus pꝛo pc̄tis eoꝛū. Item ꝑ quos/id eſt cū q̇bus et pꝛo quibꝰ/et contra quos. Quotiens. ſcʒ quotiens

cognouit adulterā/vel fornicariā.et vtrū vnaʒ vel plueres.quotiens dixit verba iniurioſa/vel contumelioſa primo.et quotiens iterauit iniurias et ſimilia.vulnus enī iteratū tardius ſanatur.Cur ſcʒ quali temptatiōe/vel occaſione hoc fecerit/et vtrū pueneerit ipſam temptationē vel occaſionem/vel fuit preuentus ab ea.Itē vtrū ſponte/vel coacte/et qua coactione an conditionali/vel abſoluta. Item vtrum cupiditate/vel paupertate.vtrū ludendo/vel nocēdi animo.Quō id eſt de modo agendi/vel patiendi.quod melius actu q̄ꝑ lectione/vel locutione ſcitur.Quādo ſcʒ an tempore ſacro.puta diebus feſtiuis.xl.ieiuniorū/vel alijs diebus.Item an ante acceptam pniam aut poſt frangendo ipſaʒ.Iſte ergo ſunt circumſtantie q̄ in omni pctō ſunt attendende. quarū queda reſpiciunt pſonam ipſius pctōris: aut pſonam illius cui facta eſt iniquitas.et ſic ē quis.Queda reſpiciūt peccatū ipſum/ꝛ hoc quātū ad ſubſtantiā facti:et ſic eſt quid.vel quantū ad modū agendi:et ſic eſt quō.vel quātū ad cauſam finaleʒ:et ſic eſt cur.vel quātū ad cauſam iniuriantē:et ſic eſt p quos.vel quātū ad frequen

tiam actus:et ſic eſt quotiens.quedā reſpiciūt tē
pus:et ſic eſt quādo.quedā reſpiciunt locū:et ſic
eſt vbi.Harū aūt circūſtantiarū quedā mutant
ſpeciem peccati.ſicut accipere rē alienā inuito
domino eſt peccatū furti.modo iſti pctō addatur
iſta circūſtantia vbi/ſcȝ ꝙ accipiatur de loco ſa
cto:modo mutatur ſpecies peccati.q̃a non ſolū eſt
furtum:immo ſacrilegiū. Similiter cognoſcere
arbitrarie/id eſt arbitrio ſacerdotis ſunt taxan
de. et hoc conſideratis criminū qualitate et quā
titate. Item pſone dignitate/officio/paupertate/
infirmitate/ſeu debilitate/cōplexione/conſuetu
dine/ſocietate/lachrimis/deuotione/religione/
et temporis/qualitate. ac omibus circūſtantijs
ſuprapoſitis. Et nota ꝙ circa impoſitionē pnīa-
rum bonū eſt ſcire caſus penitētiales quos po-
nit hoſtienſis in ſumma ſua. tytu. de pe. vbi di-
cit ꝙ qui ipſos ignorat: non meretur habere no
men ſacerdotis. et debꝫ confitenti peccatori ſa
cerdos declarare: q̇ ad hoc debet eſſe diſcretus
pnīam tamen poteſt moderare ſecundū qualita
tem. et ſic poteſt dicere pro quolibet peccato tu
debes ſic penitere. ſed forte vita tua non ſuffi-
ceret: ideo do tibi talem ꝛc. pro omnibus pecca
tis tuis concedo tibi ꝙ indulgētie facte proſint
tibi: et omnia bona que facies/et mala q̄ pro a-
more dei ſuſtinebis iniungo pro penitētia. vn-
de leo papa. Tempore penitudinis/id ē pnīe.

398

habita moderatione conſtituenda ſunt tuo iudicio prout conuerſorū/id eſt penitentiū animos pſpexeris eſſe deuotos. Item in octaua ſinodo fuit poſitū in iudicio eorū qui preſunt/vel quanto tempore/vel quali modo penitere debeant q̄ delinqunt.xxvi.q.vij.Tempe.et c.hoc fit. Hoc idem dicit ibero.de pe.diſ.i. Menſuram.ſcʒ in arbitrio ſacerdotis eſſe derelictū tempus pn̄ie.

Vt aūt magis particulariter ſciāt ſimplices ſacerdotes quomō in impoſitione pn̄iarum procedere debeant:ſciendū q̄ regulariter p periurio/adulterio/fornicatione/homicidio volūtario:et ceteris criminibus capitalibus eſt ſeptēnis pn̄ia imponēda.et hoc duplici ratione.Vna quia dominus precepit mariā ſororem moiſi/et aaron lepra pcuſſam(per quā intelligitur lepra cuiuſlibʒ peccati mortalis).vij.diebus manere extra caſtra.et poſt mundationē redire ad caſtra Hec ratio ponit̃.xxxiij.q.ij.hocipſum.Et ſecundū hoc p diem intelligimus annū.Iuxta verbū domini dicentis p prophetā.Diem p anno tibi dedi.Alia ratio eſt.vt ſicut p peccatū mortale peccator amiſit ſeptiformā gratiā ſpūſſancti:

ita per pniam ſeptennē eā recuperet. Notādū ꝙ licet dictuȝ ſit ꝙ pro hmōi criminibus ſit imponenda ſeptennis pnia:tamē magis vel min⁹ aſpera debet imponi ꝓut maioritas/vel minoritas criminis pēſatis ceteris circūſtantījs hoc expoſcit:vt in ſequentibus apparebit. Sūt autē plures caſus in quibus ꝓpter peccantis dignitatē/vel peccati enormitatē imponit̄ maior penitentia. vel etiā ex varījs cauſis minor. Nam presbiter ſi fornicationē fecerit:debet agere penitentiā. x. annorū ſecundū formā traditā. lxxxij diſ. presbiter. Et iſtud intelligūt quidam de ſimplici fornicatione. Alīj vero et forte melius de inceſtu/et adulterio. et q̇ cognouit conſanguineam/vel affinem. Item ſi presbiter cognouit filiam ſuā ſpūalem quā baptiſauit vel de ſacro fonte leuauit/vel cuius confeſſioneȝ audiuit/vel in confirmatione tenuit:debet habere pniam. xij. annorū et debet deponi:⁊ ipſa debet etiā relinquere res ſuas paupibus:et in monaſterio deo vſqȝ ad mortē ſeruire. xxx. q. i. ſi quis ſacerdos. Item q̇ cognouit monialem debet agere pniaȝ x. annorū. et ſimiliter ipſa ſecundū formā poſitā

xxvii.q.i.De filia.et ca.deuotā. Matricida de=
bet penitere.x.annis ſecundū formā ſatis aſpe=
ram poſitam.xxxiii.q.iii.latorem.Uxoricide ad
huc imponetur maior penitentia.xxxiij.q.ij.ad
monere. Notandū etiā parentibus in quo
rū lectis inueniunt filij mortui ille ex cuius cul
pa contingit ſi ſit ſolutus: debet induci vt intret
monaſteriuꝫ eiuſdem epiſcopatus vbi pctā ſua
deplorat ppetua penitentia.Si tamē non pote
rit ad hoc propter carnis fragilitatē induci.con
cedenda eſt ei licentia contrahendi mrimoniū im
poſita ſibi in ſeculo permanenti graui pnīa. Si
militer non debet induci ingredi monaſteriū in
alijs duobus caſibus.quorū vnus eſt quādo al
ter coniugū viuit:niſi forte coniunx vellet ſimi=
liter ingredi. Alius caſus eſt ſi habeat filios
paruos a qbus nō pōt recedere:niſi aliquis ti=
mens deū ſine ſuſpitōe illos educaret.Si aūt ſci
enter illud acciderit:puta qa negligenter collo
cauit filiū ſecū in lecto:et in mane inuenit eum
extinctū:debet(vt dicūt aliqui doctores)agere
penitentiā.iij.annorū.quorū vnus ſit in aqua ⁊
pane.extra de his qui occiderūt filios.ca.i.ij.et

iiȷ.q.i.conſuluiſti. Pro homicidio caſuali impo:
nenda eſt pnīa.v.annorū:quādo culpa preceſſit
caſum aliter nulla:niſi forte ad cautelā.l.di.eos
vero.et duobus ca. ſequētibus.Et credo ꝙ idē
eſt iudiciū de homicidio neceſſario.De iſta ma
teria videtur in.iiȷ.parte de .x. preceptis.
De vitio ſodomitico quātū ſit deteſtabile patet
per augu.dicentē:ꝙ longe maius crimen eſt ꝙ̄
matrē cognoſcere.ptꝫ etiā ꝑ penā ſodomitis in
flictā q̄ in igne et ſulphure de celo miſſis perie
runt.Iſtud etiā peccatū clamat ſpēaliter in vin
dicta ad dominū.vnde in gene.dicit dominus.
Clamor ſodomorū ⁊ gomorreorū venit ad me.
q̊a(vt dicit aug.)violatᷣ ꝑ iſtud peccatū ſocietas
q̄ in nobis debet eſſe cū deo:cū ipa natura cuiꝰ
ipſe eſt actor libidinis ꝑuerſitate polluitᷣ.xxxiȷ.
q.viȷ.flagi.De iſto etiam peccato dicit auguſ.
Uidens deus in humana natura tantū nefas
contra naturā fieri:fere deſiȷt incarnari.et infini
ta mala de iſto nefando crimine poſſunt dici.Eſt
enim tante maledictionis ꝙ non ſolus actus:ſed
etiam prolatio/ſiue nominatio os loquentis/au
res audientium /ipſaqꝫ quodammodo polluit

402

elementa. Et iſtud male cogitant hiſpani. Pueri enī i̅ cunabulis exiſtētes/ ⁊ etiā mulieres muliebri poſtpoſita vecundia: iſtud nefandū et execrabile verbū quod caſtellani nominant: omnibus verbis ſuis immiſcent: vnde credo ꝙ ꝑ huiuſmodi nefandiſſimo crimine ſit grauiſſima iniungenda pena. Multa alia crimina ponunt̄ in diuerſis capitulis in corpore decretorū ꝑ quibus maior pena ꝙ̄ ſeptennis : eſt imponenda. que dimitto hic. quia talia crimina de iure ⁊ cō ſuetudine reſeruantur iudicio epiſcoporū. quos credo talia iura melius ſcire me. et tamen indiſtincte credo omnes pnias hodie eſſe arbitrarias/ id eſt arbitrio ſacerdotū taxandas penſatis contritione/ et conditōe peccatorū : et omnibus aliȷ́s circūſtantȷ́s. vnde poſſet eſſe tanta cōtritio confitentis: ꝙ pro maximo peccato eſſet modica immo quaſi nulla pnia imponenda. Sicut fecit dominus clemēs papa quartus. qui dum equitaret quadā die ꝑ romam: quedam mulier que de remotis partibus venerat: acceſſit ad eum portans vnum puerum paruulum in brachȷ́s / et voce magna cum magnis lachrimis clamauit.

Pater ſancte miſerere mei pecccatricis / et da mihi penitentiā. quia habui filiū meū quem hic porto a filio meo. Et papa corā omnibus abſoluit eā a peccato. et impoſuit ei penitentiā vt ieiunaret ſextas ferias p annū in pane et aqua Et mulier recedens / et reuoluens ſecū grauitatē pcti / et paruitatē pnie: credidit q papa non bene intellexiſſet eam: et in craſtinū acceſſit ad papam: et confeſſa eſt ſicut prius. et papa abſoluit eam impoſita pnia ſibi q diceret tria pater noſter. Mulier itaqz recedens / et ſecū vt prius peccatū / pniamqz reuoluens: iterato ad papam redijt: et corā omnibus vt prius confeſſa eſt quā papa abſoluit imponens ei pniam q diceret vnū pater noſter. Et cū interrogaret papa quare ita modicā pniam ſibi imponeret: Reſpondit papa q plus aſcendit cōtritio / dolor / et verecūdia quam paſſa eſt ita publice confitendo peccatū ſuū: q ſi omnibus diebus vite ſue ieiunaſſz cū pane et aqua. Exemplo ergo iſto confeſſor in impoſitione pnie debet attendere contritionē / dolorem / et verecundiā confitentis: et ſecundū q videbit maiorē vel minorē contritionē: debz

imponere maiorem/vel minorē pniam. Notandū tamē ꝙ peccato vbi debet fieri renūtiatio ſicut in ſimonia/vel reſtitutio ſicut in furto/rapina/depredaotione /incendio/vſura fraudulenta/et doloſa negociatione/ludo:ſecundū diſtinctionē ſuprapoſitā debet imponi pnia:ꝙ renuntiet aut reſtituat ſi pōt.ſi non pōt:ꝙ habeat animū reſtituendi/ꝛ doleat ꝙ non pōt.ꝛ promittat ꝙ ſi deus det ſibi de quo:ꝙ reſtituet. alias nō abſoluatᷣ/nec ei pnia imponatᷣ.Notandū ꝙ ſacerdos ſemꝑ debet imponere pniam ꝑ contrariū correſpondentē ipſi pctō. vt ſuperbo orationem/auaro elemoſinā/luxurioſo ieiuniū.Et ſi videatᷣ expediens:ꝑegrinationem/vel loci mutationē:vt ſic maceretᷣ caro/et refrenetᷣ a delectatione ex memoria facti/vel aſpectu perſone/vel loci/cū qua/vel in quo peccauit:et perpetratuꝫ fuit peccatum.lxxxi.diſti.valet.xv.q.i. mulier.

Notandū inſuper ꝙ ſacerdos debet cauere ne imponat pniam ſeruo per quā fiat preiudicium domino/nec diſcipulo ꝑ quā fiat preiudiciū magiſtro/nec ecōtra.Et maxime etiā caueat circa virū et vxorē ne imponat pniam talem alteri

per quā alius poſſit deuenire in cognitionem
peccati. Sed pone aliquis confitet̄ de pc̄tis
ſuis:et dicit ſe penitere:non tamen vult ſubire
onus pn̄ie:dicens ſe delicatū/infirmū/et male
complexionatū ⁊ ſimilia:quid faciet de iſto? Di
co ꝙ ſi dicat ſe penitere de pc̄tis: et ꝓponat de
cetero abſtinere:cū allegat infirmitatē/vel fra⸗
gilitatē:et recuſat aſperitatem ſatiſfactionis :ſa⸗
cerdos debet ipſum inducere vt animū paratū
ad omnem ſatiſfactionē habeat:ſibi oſtendendo
magnitudinē pc̄toꝝ ſuoꝝ.et q̄ et quanta bona
amiſit ꝓpter iſta:q̄ omnia recuperabit ꝑ pn̄iam
oſtendendo etiā q̄ et quanta chriſtus ſuſtinuit
pro peccatis noſtris:qui tamē erat ſumme deli⸗
catus et quot et quanta ſuſtinuerūt ſancti marti
res.et ſancte virgines tenere/⁊ delicate a pc̄tis
immunes:ſubiūgat ergo ſacerdos. Quanta er⸗
go pena debet̄ tot et tantis peccatis que tu cō⸗
miſiſti:et multa talia debet oſtendere ei. Et ſi cū
omnibus iſtis non poteſt ipſum inducere ad pe
nitentiā:imponat ei talem quā vniuerſaliter cre
dat eū portare poſſe.⁊ ad hoc inuitat nos chri⸗
ſti exemplū q̄ nunꝙ̄ legitur grauem impoſuiſſe

406

pn͞iam:niſi vade et amplius noli peccare.vnde iohēs criſoſ.ſuper illū locū.Alligāt onera graͤuia ⁊c.dicit.Si erramus propter pn͞iam modicā imponentes:nonne melius eſt propter miſericordiā dei dare rationē q̄ propter nimiā crudelitatem ſuccūbere penitentē:xxvi.q.vij.obligāt augu.Si non poteſt gaudere ſacerdos de omnimoda purgatione pc̄tōris:gaudeat ſaltē quia liberatū a iehenna mittit ad purgatoriū.Ex quo patet q̄ ſi penitentia non ſit condigna:cōplebitur in purgatorio . Referenda ad ſupradicta q̄ diligenter volumus annotari.Item pone. Aliquis confitetur peccata ſua:et bene vult abſtinere ab vno/⁊ ab altero non:nunq̇d admittendus eſt ad penitentiā:Dico q̄ ſacerdos debet cōfeſſionem illius audire/et recipere:non tamen dēt euꝫ abſoluere:ſed dēt de peccatis ſibi confeſſis ſalubrius conſiliū quod poterit exhibere/⁊ conſulere q̄ faciat aliquā penitētiā de peccatis ſuis:et inducat eū ad bonū quantū poterit.Et omnia bona que ipſe de conſilio ſacerdotis faciet quātūcunqꝫ informia/id eſt ſine caritate facta q̄uis non valeant ſibi directe ad vitā eternam

obtinendā:tamen valebunt ſibi ad quatuoꝛ/vel ad aliqua ipſoꝛū. Primo ad extremi iuditij ſupplicium tolerabilius ſubeundū.de pe.diſt.iiij. Si quis. Secundo ad temꝑalem proſperitatē obtinendā.de pe.diſ.iij.Cauendū.xxij.q.ij.ſi q̊libet Tertio ad hoc vt illuſtretᷣ coꝛ eius ad pniam. de pe.diſ.iij.flens:in fine. Quarto qꝛ diabolus non poteſt tantū ei nocere. ſicut patet de iudeo de quo narrat grego.in dialogo. ꝙ q̇a ſe ſignauerat:diaboli non potuerunt ei nocere. Ex predictis patet ꝙ ad hoc ꝙ pnia ſit ſatiſfactoꝛia et meritoꝛia:opoꝛtet ꝙ ſit facta in caritate/id eſt ille qui facit eam ſit ſine peccato moꝛtali Sed pone.alicui fuit iniuncta pnia.⁊ antequā impleat pniam ſuā labitur in peccatū moꝛtale:et exiſtens in peccato complet pniam iniunctam: poſtea redit ad ſtatū gratie nunquid valet illa penetentia/vel tenetᷣ eā iterare? Ad hoc dicit ſanctus tho.in.iiij.ſuo.ꝙ quedā ſunt opera ſatiſfactoꝛia quoꝛum effectus manet poſtq̄ ipſa facta ſunt.ſicut poſtq̄ facta eſt elemoſina: adhuc manet eius effectus ſcꝫ diminutio ſubſtātie temꝑalis dantis.Similiter poſtq̄ aliquis ieiunauit:

408

adhuc remanet effectus ieiunij qui eſt debilitas corporis ieiunantis. et illa quamuis ſint in peccato mortali facta: tamen non oportet quod reiterantur. Alia ſunt opera ſatiſfactoria que poſtquam ſunt facta: nihil remanet de eis. ſicut oratio. et ideo ſi fiant in peccato mortali: oportet quod reiterentur. Unde ſi alicui fuit in pnia iniunctum quod dicat centum pater noſter. ſi dicat ea exiſtens in peccato mortali: non implet pniam / immo oportet quod iteret ea exiſtens in gratia. ſecus eſt de elemoſina et ieiunio vt dictum eſt. Circa hoc ſciendum quod opera facta in caritate notificantur per ſequens peccatum mortale: et viuificantur poſtea poſt veram pniam: ſi ſequatur. Sed illa que nunquam fuerunt viua / id eſt illa que fuerunt facta in peccato mortali: nunquam poſſunt viuificari. vnde verſus. Illa reuiuiſcunt que mortificata fuerunt. Sed non reuiuiſcunt: que mortua facta fuerunt.

Ca. vi. vtrum vnus poteſt ſatiſfacere pro alio

Unc reſtat videre: vtrum vnus poſſit ſatiſfacere pro alio. Circa quod notandum quod ille pro quo alius ſatiſfacit aut eſt viuus: aut mortuus ſi ſit viuus: aut ipſe poteſt per ſe ſatiſfacere / aut

non.ſi pōt:dico ꝙ vnus non poteſt ſatiſfacere ꝓ
alio.Et ratio q̄ me mouet ad hoc:eſt iſta.Equi-
tas enī iuſtitie exigit/vt q̇ peccauit:ſatiſfaciat.
et hoc ſi poteſt.ſed iſte peccauit/et pōt ꝑ ſe ſatiſ
facere:ergo oportet ꝙ ſatiſfaciat.Si aūt non pōt
per ſe ſatiſfacere:tunc dico ꝙ alius pōt ſatiſface
re ꝓ eo.Sed ad hoc requirunt̄ multa.Quedaꝫ
ex parte illius q̇ ſatiſfacit.quedā ex parte illi⁹
pro quo ſatiſfacit.quedā ex parte vtriuſqꝫ.que
dā ex parte operis ſatiſfactorij̄.Ex parte illius
qui ſatiſfacit requiritur propinquitas:ſcꝫ ꝙ ille
qui ſatiſfacit ſit obligatus ꝓpinquitate ſangui-
nis illi pro quo ſatiſfacit.Sicut credo ꝙ ſi pater
eſſet impotens ad ſatiſfaciendū:filius poſſet ce-
teris concurrētibus ſatiſfacere pro eo.Et ratio
eſt.qꝛ pater ⁊ filius ſunt quaſi vna ꝑſona.Ex ꝑte
illius ꝓ quo ſatiſfacit requirit̄ neceſſitas:ſcꝫ ꝙ
indigeat.et etiā impoſſibilitas:ſcꝫ ꝙ non poſſit
ꝑ ſe ſatiſfacere.Ex parte vtriuſqꝫ requirit̄ cari
tas:ſcꝫ ꝙ vterqꝫ ſit in caritate:quia caritas eſt
radix merendi:et ſine illa nullum eſt opus ſatiſ-
factoriū.Ex parte operis ſatiſfactorij̄ requiritur
ꝙ ille q̇ ſatiſfacit pro alio:ſatiſfaciat plus q̄ ille

pro quo ſatiſfacit. Sicut ille pro quo ſatiſfacit eſ=
ſet obligatus ad ieiunandū ſextaꝫ feriā: oporte=
ret ꝙ ille qui ſatiſfaceret ꝑ eo: amplius ieiuna=
ret. credo etiā ꝙ oportet ꝙ fiat auctoritate ſupe=
rioris. Si aūt ille pro quo ſatiſfacit ſit mortuus
aut eſt in paradiſo: et tunc non indiget ꝙ aliq̇s
pro eo ſatiſfaciat. quia vt dicit augu. Iniuriam
facit martiri qui pro martire orat. quod intelli=
gendū eſt de quolibet exiſtente in paradiſo. vt
expreſſe dicit̄ de cele. miſſa. cū marthe. Aut eſt
in inferno: et tunc ſecundū opinionē omniū the=
ologorū: nihil quod fit pro eo proficit ſibi. quia
in inferno nulla eſt redemptio. Aut eſt in pur=
gatorio: et tūc poteſt ſatiſfieri a viuis pro eo. Et
ita dicit augu. in li. de agendis circa mortuos
vbi dicit. Non eſtimemus ad mortuos ꝑ q̇bus
curā gerimus ꝑuenire: niſi ꝑ eis ſiue altaris/
ſiue elemoſinarū/ſiue orationū ſuffragijs ſuppli
cetur. xiij. q. ij. non eſtimemus. et greg. Animę
defunctorū quatuor modis ſoluunt̄. aut oblati=
onibus ſacerdotū/aut orōnibus ſanctorū/aut vi
uorū carorū elemoſinis/aut ieiunijs cognatorū
Licet aūt de pnīa multa eſſent dicenda: hec

tamen q̄ dicta ſunt: breuitatis cauſa ſufficiant. Sup̄ op̄is imp̄fectione veniā poſtulās a lectore vt q̄ corrigenda viderit et addenda: non inuidenti animo:ſz benigno corrigat et emendet

Finit ſecunda pars principalis huius libri.

Incipit tertia pars de articulis fidei/et his q̄ p̄tinent ad informationē populi.

Voniam dominus ac magiſter noſter ihūs xp̄s de mundo aſcenſurus ad patrē diſcipulos quomodo ſe haberent ad fideles quos ſuo redemerat ſanguine inſtruens dixi. Euntes in mundū vniuerſum docete omnes gentes. In quo rectores eccleſiarū diſcipulis ſuccedentes inſtruxit et monuit:vt ſibi ſubditos doctrina ſua ſalutifera informarent. Quod in veteri lege eſt pulcherrime figuratū vbi legit̄:ꝙ in rōnali iudicio quod ſacerdos gerebat in pectore:doctrina et veritas erant ſculpta. In qua re dabat̄ intelligi ꝙ euāgelici ſacerdotes veritatis doctrinā in ſe debent gerere/ et eā ſuis ſubditis annūtiare:alioquin ſententiam maledictionis incurrūt.ſicut eis p̄ yſaiā do

minus cōminatur dicens. Ve vobis canes muti non valentes latrare. merito enī rector eccleſiaſticus canis dicit̄: quia latratu predicationis et doctrine euangelice lupos/id eſt demones arcere debet a grege domini. et dormientiū in peccatis animos excitare. Et tunc mutus efficitur dum deſidia torpet: vel ex ignorantia tacet. et ideo merito a domino reprobatur. quia ex ore ſummope laborare debet/et ſollerti ac ſollicito animo vigilare: ne diuine ſcientie ignarus exiſtat. quinymo tantū de ea ſcire tenetur: ꝙ ſciat ſuū officiū debite exequi/et ſibi populū cōmiſſuꝫ informare. et ad hoc quātum ad ea que populus debet ſcire. que quo ad nunc poſſunt reduci ad quinqꝫ. ſcꝫ ad credenda/ad petenda/ad facienda/ad fugienda/et ad ſperanda. Debet ergo rector eccleſiaſticus ſibi ſubditos inſtruere quid credendū/quid petendū/quid faciendum quid fugiendū/et quid ſperandū. Primū continetur in articulis fidei. ſecundū in petitōibus dominice orānis. tertiū et quartū in preceptis decalogi. quintū in dotibus glorie paradiſi. Et de iſtis in iſta tertia parte eſt agendū. Et ſecundū

hoc iſta tertia pars diuidit in quatuor ca.
Ca.i.erit de articulis fidei. Secundū de petiti-
onibus orōnis dominice.Tertiū de decem pre
ceptis.Quartū de dotibus beatorū.

Ca.i.de articulis fidei.

Eſte apoſtolo ſine fide impoſſibile eſt pla-
cere deo.Fides enī eſt fundamentuꝫ om-
niū bonorū operū ſine qua omnis edificatio cō-
ſtructa perit atqꝫ cadit.Iſta aūt fides in articu-
lis fidei completiſſime continetur.qui articuli in
ſymbolo continent. Notandū ergo ꝙ quatu
or ſunt ſymbola.q̄ licet in verbis ſint varia: in
ſenſu tamē et ſententia ſunt vnū. Primū vocat
ſymbolū apoſtolorū/ſcꝫ credo.quod dicit in con
pletorio et prima.et vocatur ſymbolū apoſtolo-
rum:quia apoſtoli recepta ſpūſſancti gratia il-
lud composuerunt.et vocatur ex hoc ſymbolum
quod dicitur de ſingulis et bolus. quia quilibꝫ
ipſorū poſuit bolum ſuum.vnde beatus petrus
incipit dicēs.Credo in deū patrē omnipotentē
creatorē ꝛc.Ceteri aūt apoſtoli fuerūt ꝓſecuti.
Secundū credo vocat ſymbolū nicenū. quia
ſancti patres in nicena ſinodo poſuerunt illud.

Et cantatur in miſſa ſicut dictū fuit in prima ꝑte
tractatus de eucariſtia ca.x.Tertiuꝫ vocat̄ ſym
bolum athanaſij̄ . qꝛ ſanctus athanaſius ipſum
cōpoſuit.Et iſtud dicit̄ in prima diei/ſcꝫ.Quicū
qꝫ vult ſaluꝰ eſſe. Quartū poteſt vocari ſym-
bolum innocentianū/ſiue latranenſe.quia fuit
cōpoſitū ſub innocentio in concilio latranenſi.Et
ponit̄ extra de ſumma trinitate/ꝛ fide catholica
ca.Firmiter credimus.Et ita ſicut in quatuoꝛ e-
uangelijs tota veritas doctrine/et fidei chꝛiſti
ane compꝛehenditur: ita in quatuoꝛ ſymbolis
omnes articuli fidei continent̄.Et ſicut omniuꝫ
quatuoꝛ euangelioꝛū eſt eadeꝫ doctrina:ita om
niū iſtoꝛū ſymboloꝛū eſt vna ſententia atqꝫ fi-
des.vt ſic(iuxta viſionem ezechielis)rota ſit in
medio rote.Materia ergo iſtorū quatuoꝛ ſym-
boloꝛū ſunt articuli fidei:q̄ quidē articuli fidei
ab aliquibus dicunt̄ eſſe.xij.ꝛ ab aliquibꝰ.xiiij
Illi q̄ dicunt eos eſſe.xii.diſtinguūt eos penes
numerū.xii.apoſtoloꝛū:qui(vt dictū eſt)ſymbolū
cōpoſuerunt/et fidem catholicā pꝛedicauerunt:
atqꝫ eccleſiā fundauerunt.Illi aūt q̄ dicūt eſſe
xiiii.diſtinguūt eos eſſe penes materiā de q̄bꝰ

ſunt. Cū ergo materia de qua ſunt articuli fidei ſit diuinitas et hūanitas: qua dominus noſter ihūs chriſtus verus deus/et verus homo eſt: igitur ſecundū iſtos ſunt ſeptē articuli pertinentes ad diuinitatē: et ſeptem ptinentes ad hūanitatez. Articuli ptinentes ad diuinitatē diſtinguuntur ſic. qz vnus reſpicit eſſentiā/tres reſpiciuut perſonā/et tres opera perſonarū. Articulus ille q̇ reſpicit eſſentiam eſt credere in trinū deum et vnū. vnum videlicet in eſſentia/et trinum in perſonis. Et contra iſtum articulū errauit manicheus qui poſuit duos deos. vnum bonum/et alterum malū. Et ad remouendū iſtum errorem cū diceretur in ſymbolo apoſtolorū ſolum/credo in deum. In ſymbolo niceno fuit additum: in vnū deum. Et de articulo iſto dicit̄ in ſymbolo athanaſij. Fides autem catholica hec eſt: vt vnū deuz in trinitate/et trinitatez in vnitate veneremur. quaſi dicat. Credamus deum eſſe vnū in eſſentia: et trinū in perſonis. Articuli autē pertinētes ad pſonas: ſunt tres. Primus eſt credere in perſona patris. Et de iſto articulo dicit̄ in vtroqz ſymbolo. Patrē omnipotentē

416

ita q̄ pater eſt prima perſona in trinitate non q̄
dem prioritate nature/vel temporis: ſed ſolū
prioritate originis. q̄a pſona patris a nullo ori
ginatur: ſʒ alie pſone originant̄ ab ea. Et iſtud
tangit̄ in ſymbolo athanaſij cū dicitur. Pater
a nullo eſt factus/nec creatus/nec genitus. Se-
cūdus articulus de illis q̄ pertinent ad pſonas
eſt credere in pſona filij. Et de iſto dicit̄ in vtro
qʒ ſymbolo. Et in ihesum xp̄m filiū eius vnicuʒ
dominū noſtrū. ita q̄ debem⁹ credere q̄ pſona fi
lij nō ſit/nec creatur: ſʒ a patre generat̄. et hoc
tangitur in ſymbolo athanaſij cū dicit̄. Filius a
patre ſolo eſt: non factus/nec creatus/ſed geni-
tus. Contra iſtū articulū errauit arrius q̄ dicit
filiū dei eſſe creatū/et minorē patre. ideo cōtra
errorez arrij fuit additū in ſymbolo niceno. De
um de deo/lumen de lumine/deū verū de deo
vero/genitū non factū. licet enī chriſtus ſit mi-
nor patre inq̄ptum homo: tamē inquātū deus ē
equalis patri. ita dicit athanaſi⁹. Equalis patri
ſecundū diuinitatē: minor patre ſecundū huma-
nitatē. fuerunt enī aliq̄ heretici vocati ambrite
qui dixerūt filiū eſſe genitū a patre ex tempe. et

non fuiſſe ab eterno.et contra iſtū errorē fuit ad
ditū in ſymbolo niceno.Et ex patre natuꝫ ante
omnia ſecula.Tertius articulus de illis q̄ perti-
nent ad ꝑſonas eſt credere in perſona ſpūſſancti
Et de iſto articulo dicit̄ in ſymbolo apoſtolorū.
Credo in ſpiritūſanctū. ita ꝙ debemus credere
ſpiritūſanctū eſſe verū deū ex patre ⁊ filio proce
dentē. Ita dicit athanaſi⁹. Spūſſanctus a patre
et filio non factus/nec creatus/nec genitus/ſed
ꝓcedens.Contra iſtū articulū errant greci dicē
tes:ſpiritūſanctū a ſolo patre ꝓcedere.Et cōtra
errorē eorū addit eccl'ia romana in ſymbolo ni
ceno.Qui ex patre/ex filioqꝫ procedit. Fuerūt
etiā aliqui heretici q̇ dixerunt ſpiritūſanctū eſſe
creaturā/et non deū. vnde contra errorē illorū
additū fuit in niceno ſymbolo. Qui cū patre et
filio ſimul adorat̄ et glorificat̄.Nulla enī crea-
tura debet adorari equali adoratōe cū deo. Cō
tra iſtos tres articulos de trinitate ꝑſonaruꝫ er
rauit ſabelli⁹ q̇ poſuit confuſionē ꝑſonarū: dicēs
ꝙ eadē ꝑſona quādoqꝫ erat pater/quādoqꝫ fili
us/quādoqꝫ ſpūſſanctus.Contra quē errorē di-
cit athanaſi⁹. Alia eſt enī ꝑſona patris/alia filij

alia ſpūſſandi. Unde ſciendū ꝙ vna perſona eſt
alia ab altera:non tamen eſt aliud.vnde iſta eſt
vera pater eſt alius a filio.ſed iſta eſt heretica ⁊
falſa.pater eſt aliud a filio.quia hec dictio alius
que eſt maſculini generis dicit diuerſitatem in
perſona:ſed hec dictio aliud que eſt neutri ge-
neris dicit diuerſitatē in eſſentia. Alij tres arti-
culi pertinent ad opera trinitatis. Quorū operū
quedā pertinent ad opus nature/ſcilꝫ ad opus
creationis. Et de hoc eſt vnus articulus qui di-
cit ꝙ debemus credere.deum eſſe creatorē om
niū creaturarū. Et de iſto articulo dicitur in ſym
bolo apoſtolorū. Creatorē celi et terre. Contra
iſtum articulum errauit manicheus: qui dicit ꝙ
deus bonus bona creauit inuiſibilia: ſed deus
malus creauit res viſibiles.vnde contra errorē
ſuum fuit additū in ſymbolo niceno. Viſibilium
omniū et inuiſibiliū. Notandū tamen ꝙ in ſym
bolo apoſtolorū dicit̄ creatorem: In ſymbolo
aūt niceno:dicit̄ factoreꝫ. Et ratio eſt inter crea
re ⁊ facere. Creare enī eſt aliquod ex nihilo ꝓdu
cere.ſꝫ facere eſt producere aliquid ex aliquo.
Quia ergo deus creauit in principio angelos

et materiā omniū tam celeſtium ꝙ terreſtriū. ex qua poſtea fecit alia:ideo dicitᷣ creatorē.qr vero poſtea ex illa materia fecit omnes alias creaturas:ideo dicitᷣ factorē. Operū aūt dei quedā pertinent ad opus gratie/ſcꝫ ad opus iuſtificacōnis. Et de hoc eſt vnus articulus: quō credere debemus ꝙ per gratiā fideles ſpūaliter vniunᷣ et remittunᷣ peccata fidelibus vnitis in vnitate eccleſie / et catholice fidei. Et de hoc dicitᷣ in ſymbolo apoſtolorū. Sanctā eccleſiaꝫ catholicā id eſt vniuerſaliter.ſctōrum cōmunioneꝫ.remiſſionē pctōrum. Et in iſto articulo cōprehenduntᷣ omnia ſacramēta eccleſie. Et quicquid ſacroſctā romana eccleſia de baptiſmo/ et euchariſtia/et alijs ſacramentis eccleſie in quibus fideles eccleſie adinuicem participant/et conmunicant / per que fit remiſſio peccatorum precipit et docet eſſe credendū. Contra iſtum articulū errauit pelagius qui poſuit ꝙ per ſolū actum liberi arbitrij abſqꝫ gracia dei poterat haberi remiſſio pctōrum. Cōtra eciaꝫ hūc articulū errauerūt iacobite ⁊ nicholaite/iouiniani/waldēſes.et vniuerſaliter oēs heretici/iudei/ſarraceni/gētiles

pagani: ⁊ quicūq3 de baptiſmo/eucariſtia/⁊ ali
is ſacramētis credūt aliter ꝙ̄ ſctā romana eccle
ſia . Contra eciaʒ hūc articulū errant ſpecialiter
greci ⁊ omēs alij ſciſmatici .qui negāt ſacroſan=
ctam eccliaʒ romanā eſſe caput ⁊ magiſtrā oim
eccleſiarū . Unde cōtra iſtū errorem fuit additū
in ſymbolo niceno.vnaʒ apoſtolicā eccliaʒ.Cō
tra etiā errorem donati q̇ poſuit baptiſmū itera
ri:fuit additū in ſymbolo niceno Confiteor vnū
baptiſma ⁊c.Operū etiā dei quedā pertinēt ad
opus glorie:ſcʒ ad opus glorificationis.Et de
hoc eſt vnus articulus/videlicet ꝙ credimꝰ vir
tute dei omnes reſurrecturos tam bonos ꝙ̄ ma
los:et bonos eſſe p̄miandos: malos aūt punien=
dos.Et de iſto articulo dicit̄ in ſymbolo apoſto
lorū.Carnis reſurrectionē/et vitā eternā.Et in
ſymbolo niceno.Et expecto reſurrectionē mor=
tuorū/et vitā venturi ſeculi.Contra iſtū articulū
errabant ſaducei q̇ negabant reſurrectionē eē
venturaʒ.Contra etiā iſtū articulū errauit plato
q̇ poſuit reſurrectionē eſſe naturalem. et ſic fieri
virtute nature:ſcʒ in fine magni anni qui cōple
bitur(vt dicebat)in.xxxvi. milibus annis.Con=

tra etiam iſtum articuluz errauit origenes qui poſuit malos in inferno puniri ſolum vſqz ad diem iudicij. Unde contra iſtos errores dicitur in ſymbolo athanaſij. Ad cuius aduentuz (hoc eſt virtute cuius: contra errorem platonis) omēs homines reſurgere habent cū corporibus ſuis: contra errorem ſaduceorū. Et reddituri ſunt de factis ꝓprijs rōnem. Et q̇ bona egerunt ibunt in vitā eternā. q̇ vero mala in ignē eternū. contra origenis errorem. Iſti ſunt ergo ſeptem articuli pertinentes ad diuinitatē. Alij aūt ſeptem pertinent ad humanitatez. Primus eſt de conceptione filij dei. ſcz credere ꝙ filius dei cōceptus fuit in vtero matris beate marie virginis virtute ſpiritusſancti. Et de hoc dicit̄ in ſymbolo apoſtolorū. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto. Et in ſymbolo niceno. Qui propter nos homines / et propter noſtraz ſalutem deſcendit de celis. et incarnatus eſt de ſpirituſancto. Contra iſtum articulum errauit manicheus: dicens dei filium non veram carnem: ſed fantaſticaz aſſumpſiſſe. Et contra iſtum errorem dicitur in ſymbolo athanaſij. Perfectus deus / perfectus homo /

ex anima rationali et humana carne ſubſiſtens
Secūdus articulus de ꝑtinentibus ad hūanita-
tem eſt de natiuitate chriſti/ſcꝫ credere dei fili-
um ab eterno natum a patre/natū ex maria vir-
gine ex tempore.q̄ virgo extitit ante partū/in
partu/et poſt partū.Et de iſto articulo dicitur in
vtroqꝫ ſymbolo.Natus ex maria virgine.Con-
tra iſtum articulū errant perfidi iudei negan-
tes dei filiū ex maria virgine natū.Contra eti-
am illum articulū errauit nefandus ille iouinia-
nus dicens.ꝙ licet beata virgo conceperit vir-
go:tamen in partu fuit corrupta.Et contra iſtū
errorem dicit̄: natus ex maria virgine.Tertiꝰ
articulus eſt de paſſione chriſti/ſcꝫ ꝙ credimꝰ
dei filiū pro ſalute noſtra paſſum/crucifixū/mor-
tuū/et ſepultū.et hoc quo ad naturā humanam
quia natura diuina nihil patiebatur.Et de iſto
articulo dicitur in vtroqꝫ ſymbolo.Paſſus ſub
pontio pilato/crucifixus/mortuus/et ſepultus
Contra iſtū articulū errauit ſpurciſſimus macho-
metus:q̄ quāuis in altero canone ſuo dicat chri-
ſtum ex maria virgine natū:tamen negat paſ-
ſum vel crucifixū fuiſſe:ſed vnū aliū loco eius.

Contra iſtū articulū errauit origenes dicens. chriſtū non ſolum paſſum fuiſſe ꝑ hominibus: immo etiā pro demonibus in aere: quādo aſcendit ad celū. Et contra iſtū errorem dicit̄ in ſymbolo niceno. Qui propter nos homines et propter noſtrā ſalutē deſcendit de celis. Quartus articulus ꝑtinens ad humanitatē eſt de deſcenſu ad inferos. ſcilꝫ ꝙ credimus ꝙ anima chriſti q̄ in morte ſeparata fuit a corpore: vnita tamē diuinitati corpore etiā diuinitati vnito in ſepulchro remanente: deſcendit ad limbum ſanctorū patrū q̇ eſt quedā pars inferni. et ſanctos patres qui in fide de chriſto incarnando/et in caritate deceſſerāt inde liberauit pctōribus in inferno remanentibus damnatis. Et de iſto articulo dicitur in vtroqꝫ ſymbolo. Deſcendit ad inferos Quintus articnlus eſt de reſurrectione. ſcꝫ ꝙ credimus dei filiū reſurrexiſſe a mortuis tertia die ſecundū ꝙ ſcripture prophetarū predixerant. Et de iſto articulo dicit̄ in ſymbolo niceno. Tertia die reſurrexit a mortuis. Unde notanduꝫ ꝙ xp̄s fuit in ſepulchro tantū. lx. horis. ſed dicitur ibi fuiſſe tribus diebus. quod ſecundū aug. in-

424

telligendū eſt per ſinodochen:vt ponatur pars diei pro tota die. Unde ipſe chriſtus fuit ibi p vltimā partē diei veneris:quia in cōpletorio illius diei fuit poſitus in ſepulchro.et fuit ibi p totā diē ſabbati.et p primā partē diei dominice.qa in aurora reſurrexit. Sextus articulus eſt de aſcenſu ad celos/ſcz quo credimus q.xl. die a reſurrectione ſua xp̄s cū magna comitatu angelorū/et animarū/ſanctorū patrū quas ab inferno abſtraxerat aſcendit ad celos. Et de iſto articulo habetur in vtroqz ſymbolo. Aſcendit ad celū ſedet ad dexterā dei patris omnipotentis. Septimus articulus eſt de aduentu ad iudiciū ſcz credere q xp̄s in fine mūdi in forma humana apparebit cū virtute magna et poteſtate in valle ioſaphat:et ibi iudicabit bonos et malos. Et de iſto articulo dicitur in vtroqz ſymbolo. Jnde venturus eſt iudicare viuos et mortuos. Jſti ergo ſunt.xiiij.articuli fidei.quorū.vij. pertinent ad diuinitatem:et ſeptem ad humanitatē. Et iſtos articulos debent ſacerdotes ſuos ſubditos edocere:et maxime iſtos q̄ pertinent ad humanitatem.et potiſſime de illis de q̄bus

eccleſia ſollenniſat:ſicut eſt articulus conceptōis de quo ſit feſtum in annunciatione beate marie. et articulus de natiuitate: de quo ſit feſtum in natali domini. et articulus de paſſione de quo ſit feſtum in paraſceue.⁊ articulus de reſurrecti= one:de quo ſit feſtum in paſca.et articulus de aſ cenſione:de quo ſit feſtum in aſcenſione domini Iſtos etiā articulos cū articulo de aduentu ad iudiciū q̈libet fidelis poſtq̄ venit ad annos diſ- cretionis tenet̄ ſcire explicite.Et de iſtis articu lis ad humanitatem pertinentibus habentur verſus.Naſcit̄/abluit̄/patit̄/deſcendit ad ima. Surget/et aſcendit: veniet diſcernere cuncta. Hec eſt catholica fides quam corde credo / et ore cōfiteor.in qua fide volo viuere et mori:pro teſtans in omnibus credere:ſicut ſacroſancta ro mana eccleſia credit.Et ſi quid minus bene dix erim:totum reuoco:vt non habeatur pro bene dicto.

Ca.ij.de petitionibus orationis dominice.

Modū et formam orandi ſaluator tradens diſcipulis dixit math.vi.c.et luc.xij. Cuꝫ oratis:dicite pater noſter q̄ es in celis ⁊c.Circa

quod notandū: ꝙ iſta oratio excellit omēs alias
orōnes in tribus. Primo rōne magiſtri q̇ eam
compoſuit: q̇ fuit chriſtus/verus deus/et verus
homo. in quo omnes theſauri ſapiē/et ſcientie
dei ſunt abſconditi. Quanto ergo magiſter qui
iſtā orōnem compoſuit excellit omēs alios ma=
giſtros: tanto iſta orō excellit omnes alias orati
ones. vnde iſta orō vocat̃ dominica oratio: quia
dominꝰ dominantiū compoſuit eā et ordinauit
Secūdo excellit omēs alias orōnes rōne forme
Eſt enī oratio benigniſſima et breuiſſima. ita ꝙ
nemo ſe poteſt excuſare/et dicere: ꝙ rōne ꝓlixi
tatis gereret tediū/vel faſtidiū. et licet ſit bre=
uis in verbis: eſt tamē multū profunda in ſenſu
et ad impetrandū efficaciſſima. vnde de ea dicit
ſapiens. Breuis orō penetrat celos. Tertio ex
cellit omnes alias orōnes ratione materie de
qua eſt. In ipſa enī continent̃ omnia neceſſaria
tam in iſta vita: ꝗ̄ in alia. Unde notandū eſt: ꝙ
ſaluator in iſta orōne procedit ſic. Primo docet
nos captare dei beniuolentiā. Secundo docet
nos modū orandi/et formā. Primū facit cū di=
cit Pater noſter ꝛc. Secundū facit cuꝫ dicit: ad

ueniat regnum tuuz ꝛc. Circa primū duo facit. Primo docet nos captare dei beniuolētiā. Se⸗cundo docet nos captare orōnis efficatiam: ibi ſanctificetur nomē tuū. Dicimus ergo pater noſter q̇ es in celis. Primo confitemur deū eſſe omnium rerū principiū: q̇a pater. Secundo allegamus priuilegiū noſtrū: quia dicimus noſter. Tertio nominamus propriū nomen eius: quia q̇ es Quarto aſſignamus ſibi certuz domiciliū: q̇a in celis. Dicimus ergo pater noſter q̇ es in celis. Ubi ſciendū ꝙ (ſecundū ꝙ dicit eberhardus) pater accipitur quinqꝫ modis. Primo mō dicitur pater rōne cure. ſecūdo ratione geniture. tertio rōne etatis. quarto rōne honoris. quinto ratiōe creationis. Iſtis quinqꝫ modis deus eſt pater omniū. primo rōne cure. ita ponit apoſtolꝰ pau⸗lus dicens. Omnē ſollicitudinē veſtrā ponētes in deū: quoniā ipſe curā gerit pro omnibus. Et ipſemet chriſtꝰ dicit in matheo. Nolite ſolliciti eſſe dicentes q̇d manducabimus/ aut q̇d bibe⸗mus/ aut quo operiemur: ſcit enī pater veſter celeſtis: q̇a omnibus his indigetis. Secundo deꝰ eſt pater omniū ratione geniture. vnde de eo

42-8

dicit apoſtolus. Voluntarie genuit nos verbo veritatis: vt ſimus initiū aliquod creature eius. vnde q̄libet poteſt dicere illud pſalmiſte domi: nus dixit ad me fili⁹ meus es tu. ego hodie ge nui te. Et de quolibet dicit deus illud in. ij. li. re gū. Ego ero illi in patrē ⁊ ipſe erit mihi in filiū Tertio deus eſt pater omniū ratione etatis/⁊ an tiquitatis. vnde de eo dicit daniel. Antiqu⁹ die rum ſedet: et libri videlicȝ conſcientiarū aperti ſunt corā eo. vnde poſſum⁹ dicere illud quod di cit apoſtolus. Vnū patrē habemus deū. Quarto deus eſt pater omnium rōne honoris. q̄a debe: mus deū honorare ſpeciali honore et reueren: tia. q̄ a doctoribus latria dicitur: q̄ honor nulli creature debet exhiberi/nec decet. vnde q̄libet dicere pōt illud quod dicitur in matheo. Confi teor tibi domine deus pater celi et terre. ita ꝙ confiteri ibi idem eſt ꝙ laudare/ſiue honorare Quinto deus eſt pater omniū rōne creationis. vnde moyſes. Nunq̄d non ipſe eſt pater tuus q̄ poſſedit/et fecit/⁊ creauit te? Vnde ex hoc ꝙ di cimus pater: habem⁹ fiduciā illius quod in iſta orōne petimus obtinendi. vnde poſſumus argu

ere ſic. Pater dat filio illud quod petit ab eo: ſi illud quod petit̃ ſit iuſtū/ filio neceſſariū. ſʒ deus eſt pater omniū: illud quod in iſta oratione petimus eſt iuſtiſſimū/et valde nobis neceſſarium: quare fiduciā habemus: ꝙ deus totū dabit nobis. Et fundat̃ iſta oratio ſupra verbū ſaluatoris ī luca vbi dicit̃. Si vos (cū ſitis mali) noſcitis bona dare filijs vr̄is: q̃to magis pater celeſtis dabit ſpiritū bonū petentibꝰ ſe: quaſi dicat ꝙ immo dabit. Secundo in orōne illa allegamꝰ priuilegiū noſtrū: cū dicimus noſter. Unde notandū ꝙ licet (vt ſupra dictū eſt) deus ſit pater ī omnibus ilis quinqꝫ modis: tamen noſtrū q̇ ſumus regenerati aqua baptiſmatis eſt ſpecialiter pater. vnde nos baptiſati/et regenerati in xp̄o: poſſumus dicere pater noſter. q̇a nos ſumꝰ liberati ab eo miſericordius. adoptati ſpecialiꝰ educati nobilius. et ſalubrius informati. Dico ergo ꝙ deus eſt ſpecicialiter pater noſter: quia nos xp̄iani ſumus ab eo redempti/ liberati miſericordiꝰ. Unde poſſumꝰ deo dicere illud quod dicit̃ in apoca. Redemiſti nos deus in ſanguine tuo. De qua redemptione dicit beatus petrus

Non ex corruptibilibus auro vel argento re-
dempti eſtis de vana veſtra conuerſatõe:ſʒ pre
cioſiſſimo ſanguĩe immaculati agni domĩ noſtri
ihũ chriſti. Secundo dico ꝙ deus eſt ſpecialiter
pater noſter:q̊a nos chriſtiani ſumꝰ ab eo adop
tati ſpecialius. Et de hoc dicit apoſtolus. Miſit
deus ſpiritũ filij ſui in corda noſtra. in quo cla-
mamus abba pater:vt adoptionẽ filiorũ dei re
ciperemus. Tertio dicit ꝙ deus eſt ſpecialiter pa
ter noſter:q̊a nos chriſtiani ſumus ab eo educa
ti nobilius. In ſacramento enĩ eucariſtie paſcit
nos deus corpore et ſanguĩe chriſti. Ita dicit
ipſemet iheſus in iohanne. Caro mea vere eſt
cibus/et ſanguis meus vere eſt potus. De iſto
cibo dicit pſal. panem angelorum manducauit
homo. de quo pane dicit chriſtꝰ. Qui manduca-
uerit ex hoc pane viuet in eternũ. vnde eccleſia
tantũ beneficiũ recognoſcens in vocem gratia
rũ actionis ꝓrumpens dicit. O q̃ ſuauis eſt do-
mine ſpũs tuus q̊ vt dulcedinẽ tuã in filios de-
monſtrares:pane de celo preſtito/eſurientes hu-
miles replens bonis/faſtidioſos diuites dimit-
tens inanes. quarto dico ꝙ deus eſt ſpecialiter

pater noſter:quia nos chriſtiani ſumus ab eo in
formati ſalubrius.et hoc per euangelicā doctri
nam q̄ ſola eſt doctrina ſalutifera et ſalubris.Et
iſtam doctrinā dauid petebat cū dicebat.Boni=
tatē ⁊ diſciplinā/et ſcientiā doce me.De iſta do
ctrina dicit ſapiens.Audi fili mi doctrinam pa
tris tui.ex hoc ergo ꝙ dicimus pater noſter:ha
bemus fiduciā quod a deo in iſta oratione peti
mus ꝙ dabit nobis.vt arguamꝰ ſic.Principa=
le attrahit ad ſe minus principale/et acceſſoriū
extra de conſe.eccle.vel altaris.Si eccleſiā.li.
vi.ſed deus dedit ſemetipſum nobis:et ideo vo
camus eum noſtrū.et reſpectu eius omnia ſunt
acceſſoria:ergo certi ſumus ꝙ omnia iſta dabun
tur nobis a deo.Et fundatᷣ iſta ratio ſuper ver
bo apoſtoli dicentis in epiſtola ad romanos.Si
deus pro nobis/q̄s contra nos?q̄ etiā proprio
filio ſuo non pepcit:ſed pro nobis omnibus tra=
didit illū.quomodo etiā non cū illo omnia dona
uit nobis?quaſi dicat ꝙ immo.Tertio in oratiōe
iſta nominamus nomen propriū dei:cū dicimꝰ
qui es.Circa quod ſciendū:ꝙ q̄uis ſecundū do
ctores in vita iſta neſciamus nomen proprium

dei:tamen inter omnia alia nomina que dicun-
tur de deo:iſtud nomē qui es:eſt magis ſibi ꝓ-
prium quod patʒ ex hoc.quia moiſi interrogan
ti q̇d reſponderet filÿs iſrahel ſi interrogarent
quod erat ꝓpriū nomē dei.dixit deus.dices ſic
filÿs iſrahel.qui eſt:miſit me ad vos. Dicimus
ergo deo qui es:quia deus eſt firma entitas:q̇a
nunq̄ deficiens:ſed omnes ꝑficiens.ſumma bo
nitas:omnibus ſufficiens.pura veritas: omnes
erudiens.vera caritas:omnes reficiens. Dico
ꝙ dicimus deo qui es:quia ipſe eſt firma enti-
tas nunquā deficiens.Unde ipſe de ſe dixit in
exodo.Ego ſum qui ſum.Et pſalmiſta.A ſeculo
et vſqʒ in ſecula tu es. Secundo dicimus deo
qui es:quia deus eſt ſumma bonitas omnibus
ſufficiens.vnde vocanti ſe bonum dixit deus.
Nemo bon⁹ niſi ſolus deus.Et de eo dixit pſal
Bonus es tu:et in bonitate tua doce me iuſtifi
cationes tuas.Et apoſtolus. Sufficientia nrā
ex deo eſt.Tertio dicimus deo qui es: quia de
us eſt pura veritas omnes erudiens. vnde di-
cit chriſtus in iohanne.Ego ſum via/veritas/
et vita.Et in matheo.Magiſter ſcimus q̇a ve-

rax es:et viā dei in veritate tua doces. Quarto dicimus deo qui es: quia ipſe eſt vera caritas omnes reficiens. vnde in prima canonica iohā nis. Deus caritas eſt:et q̄ manet in caritate: in deo manet/ꝛ deus in eo. Et ipſemet dicit in ma theo. Venite ad me omnes q̄ laboratis/et one= rati eſtis:et ego reficiā vos. Dicendo ergo qui es: fiduciā habemꝰ ꝙ deus q̄ eſt firma entitas nulli deficiet:ſꝫ perficiet. q̄a eſt ſumma bonitas omnibus ſufficiet. quia eſt pura veritas omnes erudiet. q̄a eſt vera caritas: omēs reficiet. Quar to dico ꝙ in iſta orōne captando dei beniuolen tiā aſſignamus ſibi certū domiciliū: cū dicimus in celis. Circa quod notandū ꝙ celū quo ad nūc eſt quadruplex. quia eſt celū ſupernaturale/ma teriale/ſpirituale/et intellectuale. Celū ſuperna turale eſt ipſa trinitas. Et de iſto celo dicitur in geneſi. Suſpice/id eſt reſpice: celū/id eſt trinita= tem. et numera ſtellas/id eſt perfectiones: ſi po= tes. Celū materiale quo ad nūc eſt celū empyre um. de quo dicit̄ in gene. In principio creauit deus celū et terram. et ꝙ celū ſtellatū alias ſan= ctū ſcribitur: intelligitur celū empyreū. Celum

ſpirituale ē deuota anima. de quo dicit͛ in pſal Dominꝰ in celo ſedes eius. Celū intellectuale eſt natura angelica. de quo ibidem. Verbo do= mini celi firmati ſunt: id eſt angeli confirmati ſunt in bono. Et in quolibet iſtorū celorū eſt de us. q̇a in primo celo/id eſt in trinitate eſt indiui ſus ꝑ eſſentiā. In ſecundo celo ſcꝫ in empyreo eſt clare viſus per gloriā. In tertio celo / id eſt in anima deuota eſt inhabitans per gratiā. In quarto celo/id eſt in angelica natura eſt ipſam e leuās ꝑ excellentiā. De primo dicit͛ in prima canonica iohānis: Tres ſunt q̇ teſtimoniū dant in celo. Pater/verbum/et ſpūſſanctus. ⁊ hi tres vnū ſunt ꝑ eſſentiā. De ſecundo dicit͛ in apoca. Apertū eſt oſtiū in celo: ⁊ archa teſtamenti viſa eſt. Archa teſtamenti eſt deus. q̇(vt dicit apoſto= lus)noui teſtamenti mediator eſt. De tertio ce= lo dicitur in pſalmiſta. Ad te leuaui oculos me os: qui habitas in celis: id eſt in animabus de uotis. De quarto dicitur in pſal. Eleuata ē ma= gnificentia tua ſuꝑ celos. gloſa/id eſt ſuꝑ noueꝫ choros angelorū. Dicendo ergo in celis: habe mꝰ fiduciā/ꝗ q̇a dominꝰ ē in primo celo/in ipm

tranſformabimur.quia in ſecundo:per ipſum inhabitabimur.quia in tertio:per ipſum viuificabimur.quia in quarto:per ipſum eleuabimur.Et ſic finitur prima pars orōnis domice: in qua captabamus dei beniuolentiā.

Sequitur tertia pars orōnis dominice in qua optamus ſiue petimus orationis efficatiā dicendo:Sanctificetur nomē tuū.Et eſt prima petitio in ordine:ſed eſt vltima in re/ſeu in intentione Pro quo notandū:quod ad hoc quod noſtra oratio habeat efficaciā/id eſt ad hoc quod nrā oratio exaudiatur a deo:requiruntur quatuor/ſcz quod fiat cū firmitate fidei.cū bonitate rei.cū deuotōne animi et quod fiat in nomine xpi. Dico primo quod ad hoc quod orō noſtra habeat efficatiā oportet quod fiat cū firmitate fidei. Sicut enī inſtrumentū inefficax eſt niſi ſit debito modo ſignatū:ita oratio eſt inefficax:niſi ſit ſignaculo fidei ſignata.et ideo dicebat xp̄s.Quicquid orantes petitis credite/id eſt ſignaculo fidei ſignate et accipietis/et fiet vobis.vnde dicitur in iohāne. Scimus quia peccatores non exaudit deus.vt aūt dicit apoſtolus. Omne quod non eſt ex fide:peccatū eſt.Et ideo

(vt chriſtus dicit).Veri adoratores adorabunt
patrē in ſpiritu et veritate/videlꝫ fidei.Secun-
do oportet ꝙ fiat cū bonitate rei/id eſt ꝙ in o-
ratione non petant̄ nociua:ſed vtilia.Sicut enī
libellus ineptus eſt nullus ita oratio inepta eſt
nulla. In cuius ſignū dicit xp̄s. Petitis : et non
accipietis/eo ꝙ male petitis. Tertio oportet ꝙ
fiat cū deuotione animi.Sicut enī ad hoc ꝙ fu-
mus aſcendat a thuribulo op̄tet ꝙ ſit ibi ignis
ita ad hoc ꝙ oratio aſcendat ad deū:oportet ꝙ
ſit igne caritatis accenſa. In cuius ſignū legit̄
in apocalipſi.Stetit angelꝰ iuxta aram templi:
habens thuribulū aureū in manu ſua. Et data
ſunt ei incenſa multa:q̄ ſunt orōnes ſanctorū. et
aſcendit fumus aromatū in conſpectu dei de ma-
nu angeli.ita petebat dauid in pſalmo. Diriga-
tur domine ad te oratio mea.Sicut icenſum in
conſpectu tuo.Quarto ꝙ fiat in nomine chriſti.
Sicut enī procurator non debet agere niſi no-
mine ꝓcuratorio:alias iſtud quod facit nō va-
let:ita cū ſimus orando procuratores chriſti /ſi
velimus exaudiri:oportet ꝙ petamus in nomi-
ne chriſti. vnde chriſtus dicit. Quicq̄d petieri-

tis patrē in nomine meo dabit vobis. Jta qua=
tuoꝛ optamus eſſe in oꝛatione noſtra:cū dicim⁹
Sanctificet̄ nomen tuū. Tangūtur tria in hoc ꝙ
dicitur:ſanctificetur. ſecundū ꝙ ſanctū poteſt ca=
pi tribus modis. Vno mō idem eſt ꝙ firmuꝫ : in
quo eſt firmitas fidei. Secundo modo idem eſt
ꝙ ſine terra. in quo eſt vtilitas rei. Alio modo
idem eſt ꝙ ſanguine tinctū:in quo animi deuo=
tio aſſignat̄. Quartū tangit̄ in hoc:ꝙ dicim⁹ no
men tuū. De quo nomine dicit̄ in marco. Jn no
mine meo demonia eijcient / linguis loquentur
nouis/ſerpentes tollent. et ſi moꝛtiferū quid bi=
berint : nō eis nocebit. ſuꝑ egros manus impo
nent:et bene habebunt. Et ſic terminat̄ ſecūda
pars oꝛōnis dominice in qua optamus ſeu peti
mus oꝛōnis efficaciā Sequit̄ tertia pars pꝛi
cipalis oꝛōnis dominice in qua docemur foꝛmā
et modū oꝛandi. cū dicitur : adueniat regnum
tuū. Circa quod ſciendū : ꝙ ab hoc loco vſqꝫ in
finē continentur ſex petitiones in quibus peti=
m⁹ omne quod eſt nobis neceſſariū tam in vita
noſtra:ꝙ̄ in alia. Cum eni tota perfectio hoīs
conſiſtat in duobus/ſcꝫ in delectatione mali : et

428

in perſecutione boni. Iuxta illud pſal. Declina a malo et fac bonū. ideo in iſta orōne petimus a deo vt nobis cōferat bonū/ et auferat malū. Quā tū ad collectionē boni ponunt tres petitiones. Cū eni ſit triplex bonū/ ſcz bonū glorie/ bonum gratie/ et bonū nature: iſtud triplex bonū nobis dari petimus. nā nobis bonū glorie dari petimus cū dicimus. Adueniat regnū tuū/ ſcz regnū paradiſi. et eſt ſenſus. O pater noſter q̇ es in celis: petimus ꝙ regnū tuū adueniat/ id eſt ad nos veniat. Sed quare melius dicimus adueniat regnū tuū: ꝙ̄ dicamus adueniamus in regnū tuū? Dico ꝙ ad denotandum ꝙ gloria paradiſi non habet ex ꝓpriis meritis: ſed ex mera grā dei. Iuxta verbū apoſtoſtoli dicentis. Non ex operibus iuſtitie q̄ fecimus nos: ſed ſecundū miſericordiā ſuā ſaluos nos fecit. ideo dicit: adueniat regnū tuū/ id eſt gratia tua nobis adueniat non aūt dicimus adueniamus: q̇a vt dictū eſt ex meritis noſtris nō poſſumus in illud venire. Nemo eni poteſt venire ad me: niſi pater meꝰ traxerit illū. vt dicit in iohāne. De iſto regno dicit augu. loquēs in perſona chriſti. Venale habeo

quid: regnū celorū. quod emitur pauꝑtate rerū
vtilitate/labore/requie/triſtitia/gaudio/morte
vita. Bonū gratie petimus: cū dicimus. Fiat vo
luntas tua ſicut in celo et in terra. Ad cuius evi
dentiā ſciendū: ꝙ homo vocat̃ in ſacra ſcriptu-
ra terra. vnde pſal. Anima mea ſicut terra ſine
aqua tibi. vnde de homine iuſto dicit̃ ibidem.
Benedixiſti domine terrā. Angeli aūt et ſancti
in ꝑadiſo ſtantes vocant̃ celū. vnde pſal. Celi
enarrant gloriā dei. eſt ergo ſenſus. O pater no
ſter q̄ es in celis fiat voluntas tua in terra. hoc
eſt homībus terrenis: ſicut fit in celo/id eſt ſicut
fit in angelis/et beatis. vel per terrā intelligit̃
eccleſia militans. ꝑ celū eccleſia triūphās. vt ſit
ſenſus. Sicut in eccleſia triūphante fit voluntas
tua: ita in eccleſia militante petimus ꝙ fiat.
Que eſt aūt iſta voluntas nos docet apoſtolus
dicens. Hec eſt volūtas dei ſanctificatio veſtra.
Et dicit̃ fiat voluntas tua: non aūt noſtra. quia
(vt dicit xp̄s) non omnis q̄ dicit mihi domine do
mine intrabit regnū celorū: ſed q̄ facit volūtatē
patris mei q̄ eſt in celis: ipſe intrabit regnū celo
rū. Bonū nature petimus cuꝫ dicimus. Panem

noſtrū quotidianū da nobis hodie. Pro quo ſciendū ꝙ panis dicit̄ a pan grece quod eſt totuz latine. in hoc ergo ꝙ petimꝰ panē: petimus omnia q̄ neceſſaria ſunt ad ſuſtentationē huius miſerrime et tranſitorie vite. Nec iſtud eſt cōtra illud quod dictū eſt ſupra in ſecūda ꝑte tractatꝰ quarti ca. de orōne. vbi dicebat̄ ꝙ in orōne non ſunt temꝑalia petenta. quod intelligendū ē ꝙ in orōne non ſunt petenda temꝑalia directe / et per ſe: ſʒ inquantū ſunt neceſſaria ad habendū celeſtia et eterna: ſic enī bene poſſunt peti. vnde grego. in collecta. Sic tranſeamus per bona tēporalia: vt non amittamus eterna. Vel eſt intelligendū ꝙ non ſunt petenda bona temporalia ad ſuperfluitatē: ſed ad ſuſtentationē. et ſic petimus ea hic: cū dicimus hodie. q̇a non petimus niſi quātū eſt neceſſariū pro die. Et ita petebat ſalomon cuʒ dicebat. Diuitias et paupertates ne dederis mihi: ſed tantū victui meo tribue neceſſaria. Et paulus. Habentes alimenta q̇bus tegamur: his contenti ſimus. Notandū etiā ꝙ triplex eſt panis quē petimus in iſta orōne. Primus eſt ſpūalis panis auſtere pn̄ie Iſte eſt

panis ordeaceus.de quo dicit̃ in iohē.Eſt pu-
er vnus hic:q̇ habet quinqȝ ordeaceos panes
quinqȝ panes ſunt q̄nqȝ partes ꝑfecte pnīe.ſcȝ
cōtritio/cōfeſſio/oratio/elemoſina/ꝛ ieiuniū.De
quibus dictū eſt ſupra in ſecunda ꝑte.Secūdus
panis ē ſacramētalis eucariſtie.de quo pane di
citur in iohē.Hic eſt panis q̇ de celo deſcēdit.
Si q̇s manducauerit ex hoc pane:viuet ine ter
nū.In fortitudine iſtius panis ambulāt fideles
vſqȝ ad montē paradiſi.Tertius panis eſt mate
rialis tempalis ſubſtantie.de quo pane dicit̃ in
gene.In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.
Et iſtos tres panes petimus in iſta orōne.iuxta
verbū ſaluatoris in luca dicentis.Amice accō-
moda mihi tres panes.Iſte ergo tres petitōes
reſpiciunt collationē boni.Sunt et alie q̄ reſpici-
unt ablationē mali.Circa quod notandū ꝙ du-
plex eſt malum/ſcȝ malū culpe/et malum pene.
Malū culpe eſt duplex/ſcȝ preteritū et futuruȝ
ſecundū hoc ergo ſunt tres petitiones ablatio-
nis mali.In prima petimꝰ malū culpe preteri-
torū nobis dimitti cū dicimꝰ Dimitte nobis de
bita nrā ſicut ꝛ nos dimittimꝰ debitoribus nrīs

Iſta debita ſunt peccata iuxta parabolā chri-
ſti quā ꝓpoſuit ſimoni leproſo dicens. Duo de-
bitores erāt cuidā feneratori ꝛc. Que parabola
ſecundū gloſam intelligitur de debito peccati.
Iſta debita petimus nobis dimitti a deo: ſicut
dimittimus debitoribus nr̄is/id eſt illis q̇ con
tra nos peccauerūt. Et iſtud intelligit̄ de debito
iniuriarū: quas debemus dimittere. alioquin ni
ſi dimittamus: deus non dimittet nobis. dicente
xp̄o. Deus pater veſter celeſtis non dimittet
vobis: niſi dimiſeritis vnuſquiſq; de cordibus
veſtris. in qua enī menſura menſi fueritis: eadē
remetiet̄ vobis. Si ergo vis ꝙ deus dimittat
tibi peccata tua: dimitte tu illis q̇ contra te pec-
cauerunt: alioquin dicitur tibi. Ex ore tuo iudico
te ſerue nequā. dicis enī dimitte michi ſicut di-
mitto: ſed tu non dimittis: ergo dicit ꝙ tibi non
dimittā. Sed nunq̇d ille q̇ exiſtit in fraterno o-
dio dicens iſtaȝ orōnem peccat? Dico ꝙ non. q̇a
non dicit eam in perſona propria: ſed in ꝑſona
eccleſie. quod patet. q2 dicit nobis: et non mihi
et ideo cū vniuerſalis eccleſia q̄ regitur a ſpiritu
ſancto non poſſit errare nunꝙ̄ erratur in dicen-

do iſtam orationem. In ſecunda petitione petimus nobis a malo culpe precaueri: cū dicimus. Et ne nos inducas in temptationē. Pro quo ſciendū ꝙ aliquando temptatio ſumitꝰ in bonū. vt ptz in gene. quādo dicitꝰ. Temptauit deus abraham Et in libro ſapientie Deus aūt temptauit eos: et inuenit eos dignos ſe. Et dicitur deus duobus modis temptare. vno modo ꝑmiſſiue: vt approbet. Et ita ſumitur quando dicitur. deus tempauit illos: id eſt temptari permiſit. Et iſto modo temptauit deus iob. Alio mō dicitꝰ temptare: vt exemplū virtutis alijs oſtēderet. Et hoc modo tempatauit deus abrahā: vt oſtenderet virtutē obedientie eius. Et de tali temptatione non intelligimus hic. Aliquando etiā temptatio ſumitꝰ in malū. et eſt duplex. Nā quedā eſt ab hoſte / id eſt a demone. quedā a carne: inꝗtū ſcꝫ caro cōſurgit aduerſus ſpiritū Temptatio ꝗ eſt ab hoſte non eſt peccatū: niſi conſentiatꝰ ſibi. immo ſi fiat reſiſtētia: eſt multū meritoria. Et iſto mō fuit tempatus xp̄s. vt dicitꝰ mathei. Ductus eſt ihesus in deſertū a ſpiritu vt temptaretꝰ a diabolo. Temptatio ꝗ eſt in carne ſemper pro-

uenit ex peccato:inquantū ſcʒ ipſa rebellio car-
nis ad ſpiritū: ꝓuenit ex pctō parentū in nobis
et eſt materialiter ipſum peccatū originale. mo
do rebellio iſta quantū ad ſuum principiū non
eſt in poteſtate noſtra.prout dicit̄ ꝙ primi mo-
tus non ſunt in poteſtate noſtra:ſed reſiſtere illi
rebellioni ſiue allicere iſtos primos motus be-
ne eſt in poteſtate noſtra.ꝛ ideo conſentire tem
ptationi ſiue ſit ab hoſte/ſiue a carne ſemper ē
peccatum:ita ꝙ ſi ſit conſenſus cum deliberatio-
ne eſt peccatum mortale.ſi ſit conſenſus ſubitus
et quaſi ſubreptiuus eſt ſolum peccatum venia-
le.Modo ergo non petimus in hac petitione
ne temptemur:ſed petimus ne in tempationem
inducamur.Tunc autē in temptationem induci
mur:cum tempationi conſentimus. ideo in iſta
orōne nihil petimus deo:niſi ꝙ det nobis vir-
tutē reſiſtendi temptationi. quod apoſtolus ꝓ-
mittit eum facturum dicens.Fidelis deus q̇ non
permittet vos tempari ſupra id quod poteſtis:
ſed faciet cum temptatione prouentum: ita vt
vos poſſitis ſuſtinere.In vltima petitione peti
mus nos a malo pene liberari:cum dicimus.Sʒ

libera nos a malo.ita q̄ hoc intelligit de ma-
lo pene eterne quod eſt ſimpliciter malū. Naz
malū pene temꝑalis poteſt eſſe/et eſt aliquādo
bonum. ſicut bonū ſanctis martiribus fuit pati
et ſuſtinere penas multas /et tormenta multa.
vnde a tali malo nos non petimus liberari: ſed
a malo pene eterne. Juxta quod petit eccleſia
dicens. Libera me domine de morte eterna. In
fine omniū petitionū ſubiungitur: Amen.id eſt
ita fiat.quaſi confirmatio omniū petitionū. Sic
ergo in oratione dominica ſunt ſeptem petitio-
nes.in quarū prima petimus orōnis efficaciā
cū dicimus. Sanctificetur nomen tuū :quaſi di-
camus.ſicut nomen tuū eſt ſanctū et firmū:ita il
lud quod petimus in iſta orōne ſit firmū.ideo li
cet iſta petitio ſit prima in ordine:tamen eſt vlti
ma in intentione. In aliis ſex petitionibus pe
timus nobis omne bonum conferri/ et a nobis
omne malū auferri. Donet dominus vt hec om
nia nobis concedantur. Et iſta ſufficiant quantū
ad nunc.quia forte alias de iſta materia latius
loquamur.

Ca.iii.de decem preceptis legis.

446

Jnterroganti iuueni quid faciendo vitaꝫ eternā poſſideret: reſpondit ihūs. Si vis ad vitaꝫ ingredi: ſerua mandata. quaſi diceret. Jngreſſus ad vitā eternā eſt obſeruatio preceptorū et mandatorū. q̄ quidē mandata ſunt precepta decalogi. Et decalogus dicitur a decas quod eſt decem/et logos ſermo quaſi deceꝫ preceptorū ſermo. Sunt ergo decem precepta legis quorū quedā ordinant hominē ad deū/quedam in proximū. Precepta autē q̄ ordinant hominē ad deū ſunt tria. ſecundū ꝙ homo eſt deo obligatus ad tria. Sicut enī vaſallus debet domino ſuo tria/ſcꝫ fidelitatem: vt non cognoſcat aliū dominū. reuerentiā: vt non faciat ei obprobriū. famulatū: vt impendat ei debitū obſequiū ſic quilibet de dictamine iuris naturalis eſt obligatus deo ad iſta tria. ꝛ ideo quantū ad primū eſt iſtud preceptū. Non habebis deos alienos coram me. quantū ad ſecundū eſt iſtud. Non aſſumes nomen dei tui inuanū. quantū ad tertiuꝫ eſt iſtud. Memento vt diem ſabbati ſanctifices Precepta aūt que ordinant hominez ad proximū: ſunt ſeptē. Ordinat̄ enī homo ad proximū

duobus modis.ſcʒ vt bonū ſibi faciat: et ne ſibi noceat. Quantū ad primū eſt vnū preceptum. ſcʒ honora patrē tuū/et matrē tuā. Quantuʒ ad ſecundū ſunt ſex. poteſt enī homo nocere proxi- mo tribus modis. Uno modo facto. alio mō ver- bo. alio modo voluntate. Facto poteſt ſibi noce- re tribus modis/ſcʒ vel in ꝓpria perſona/vel in perſona ſibi coniūcta/vel in ꝓpria ſubſtātia. quantū ad primū eſt iſtud preceptuʒ. Non occi des. quantū ad ſecundū: Nō mechaberis. quā- tū ad tertiū: Non furtū facies. Quantū ad hoc vt non noceat homo ꝓximo ſuo verbo eſt iſtud Non falſum teſtimoniū dices. quantū ad hoc vt nō noceat homo ꝓximo ſuo volūtate: ſunt duo alia. Aut vt nō noceat ſibi volūtate libidinis: ꝛ tūc eſt iſtud: Non cōcupiſces vxorē ꝓximi tui Ne aūt noceat ſibi volūtate cupiditatis ē iſtud Nō cōcupiſces rem alienā/ſcʒ ſeruū/vel ancillā non bouē/vel aſinū ne ſibi noceat voluntate cu- piditatis. Iſta ergo ſunt decē ꝑcepta legis: de quorū quolibet aliqua ꝑ ordinē ſunt dicenda.

De primo precepto.

Rimū preceptū eſt. Nō habebis deos ali

enos coram me. ita q̄ in iſto precepto prohibe-
tur omnis idolatria/omnis hereſis/ ⁊ omēs ſpe
cies ſortilegiȷ̄/ſiue diuinatiōes quocūqȝ modo
fiant. ſiue fiant in igne/ſiue in aere/ſiue ī aqua
ſiue in terra/ſiue in corpibus mortuorū/ſiue in
aſpectu garritus/vel volatus auiū/ſiue in cara-
cteribus/ſiue in vana aſpectione pſalteriȷ̄/vel e
uangeliorū/vel alterarū ſcripturarū. Et regula
riter omnis diuinatio quocūqȝ predictorū mo-
dorū/vel qualitercūqȝ aliter fiat: prohibita eſt
in precepto iſto. et eſt maledicta a deo/et a ſan-
cta matre eccleſia tanq̄ idolatria et infidelitas
reprobata. Cū eni futura(q̄ ſolius dei ſunt)p ta-
les ſuperſtitiones inuenire aliqui laborant. deita-
tis iura creaturis attribuunt. Ita ponit Iſa. di-
cens. Priora et nouiſſima annūtietis mihi: ⁊ di
cā q̄ dȷ̄ eſtis vos. Et augu. Non obſeruetis di
es q̄ predicunt egyptiaci/aut kalendas ianua
riȷ̄ in quibus cantilene/⁊ quedā conſtitutiones
et comeſtiones adinuicē fiebāt/dona donant/⁊
quaſi in principio anni boni fati augurio/aut a
liquos menſes/dies aut tempa/vel annos/aut
lune/aut ſolis curſum. q̄a qui has/et quaſcunqȝ

459

diuinatōnes/aut auguria facit:aut obſeruat:aut attendit:aut conſentit obſeruātibus/aut talibꝰ credit:aut ad domū eorū vadit:aut in ſua domo inducit:vel interrogat:ſciat ſe chriſtianam fi-dem/et baptiſmū preuaricaſſe: et paganū/et a-poſtatā inimicū dei eſſe/et irā dei grauiter/ et in eternū incurriſſe:niſi eccleſiaſtica emendatus pe nitentia deo recōcilietur. Nota tamē ꝙ agricole q̇ obſeruāt tp̱a ad ſeminandū /vel ad arbores ſuccidēdas/vel ad conſimilia q̄ certā et naturalē habēt cauſam/ſeu rōnē naturalē.et medici q̇ ad medicinas dādas/vel ad minutōes faciēdas/et ad ſimilia obſeruant dies certos et tempora cer ta nō hic cōdemnantur. Cū ēni oīa iſta inferiora ſubſint ꝙ̄tū ad corp̱alez naturā influētie corpo rū celeſtiū nō eſt ꝓhibitū:immo eſt neceſſariū et debitū reſpicere in iſtis: et attendere influxū ſtel larū et planetarū. Sz cū anima rōnalis in nullo ſubſit influentie corporū celeſtiuz:dicente ſalo-mone/ac etiā ptolomeo. Anima ſapiens domi-nabitur aſtris:reſpicere talia in his que a libe-ro arbitrio procedunt:eſt ſup̱ſtitioſum et vanū. vnde ex clamore cornicis pronoſticare pluuiā

450

ſuturā non eſt ſuperſticioſum: cū talia animalia ex diſpoſitione aeris/et mutatione tempis poſſint in corporibus ſuis talem ſentire mutationē Notandū etiā q ſi aliqs vel aliqua colligat aliquā herbā dicendo ſymbolū ſidei/vel orōnem dominicā vt ponet eā ſuper aliquē infirmū: iſta intentione vt in iſtis deus creator omniū/vt deus honoret: nō reprobat: dummō nulla obſeruātia ſupſtitioſa obſeruet/vel immiſceat. xxvi. q.v. Non liceat. et. q.v. non obſeruetis. Et iſtud habendū eſt p regula generali in iſta materia q omnis inquiſitio q̄ fit p inuocationē demonū tacitā/vel expreſſam quocūqz modo fiat: ſiue p caracteres/ſiue per figuras/ſiue alio quocunqz mō: eſt in iſto precepto prohibita. Sed quid erit de iſtis cōiurījs in quibus ponunt et recitantur nomina dei/et angelorū/et ponunt multa bona verba. Dico q in talibus eſt cauendū: ne ſub ſpecie boni lateat malū. vnde diligenter eſt aduertendū: ne inter illa nomina immiſceantur nomīa ignota q̄ magis ſunt noīa demonū q̄ angelorū. Cū enī ſecūdū q dicit beda, nulla ſit falſa doctrina q̄ non aliqua vera falſis admiſceat:

impoſſibile eſt ꝙ in iſtis ſupſtitioſis non admiſceantur aliqua vera cū falſis/et aliqua bona cū malis.et quia modicuʒ fermentū totam maſſam corrumpit:ꝙ̃tumcūqʒ ſint ibi multa bona ſi ſint ibi aliqua mala:totuʒ eſt corruptū et ſuſpectum. Quia etiā angelus malus ſe transfigurat in angelum lucis:non eſt credenduʒ iſtis fantaſticis q̇ dicūt ſe videre angelos/vel aliquos ſctōs.vnde dicit apoſtolus. Probate ſpūs ſi ex deo ſint.

De ſecundo precepto

Ecundū preceptum eſt.Non aſſumes nomen dei tui inuanū.ita ꝙ in iſto precepto ꝓhibentur primo et ſpecialiter omnes ſpecies periurij que ſunt multe.Ad cuius euidentiā ſciendū:ꝙ ad hoc ꝙ iuramentū ſit licitū:oportet ꝙ ibi ſint tria/ſcʒ veritas/iudiciū/⁊ iuſtitia.Ita dicit dominus p̱ oſee ꝓphetam.Iurabūt(dicit dominus(in veritate/et iuſtitia/⁊ iuditio.xxij. q.ij.Animaduertendū.Veritas eni ſemp̱ debʒ eſſe in conſcientia iurantis vt firmiter ſciat ita eſſe ſicut iurat.aliter ſi ſolū credit/et non ſciat p̱ certo ita eſſe:non debet de certa ſcientia/ſed de credulitate iurare.Iudiciū dicitur hic diſcreta

452

deliberatio/vt ſcꝫ non iuret etiā verū niſi prop
ter neceſſitateꝫ/id eſt cū dicit alicui aliquod ve
rū quod ei expedit/vel vtile eſt credere et non
vult credere ſimplici aſſertioni. Juſtitia dicitur
vt illud quod iurat͛: licitū ſit et honeſtū. extra de
iureiurando. ca. Et ſi chriſtus. Quocunqꝫ ergo
modo iuretur ſi iuramentū ſit aſſertoriū/ſiue ꝓ
miſſoriū/ſi aliquod iſtorū deficiat: ſiue ꝙ iuretur
falſum/vel verū: cū iurans credit iurare falſum
ſiue iuretur abſqꝫ aliqua nccītate/ſiue iuret ali
quod illicitū: ſemꝑ eſt periuriū. et eſt directe cō
tra illud preceptū Sed quid fiet de iſtis iura
mentis quotidianis q̄ fiunt ex quadaꝫ leuitate/
vel ex quadā mala conſuetudine: nunq̇d ibi eſt
periuriū cū deficiat ibi iudiciū? Dico ꝙ ſic. ſꝫ ſi
fuerit de re licita: et ſine intentione decipiendi
vel fallendi: non eſt niſi peccatū veniale. ſed ſi ſi
at de re illicita/vel cū intentione decipiendi /et
fallendi: eſt peccatū mortale. Vnde notandū ꝙ
cū iuramentū non fuerit inſtitutū vt ſit vinculuꝫ
iniquitatis: iuramētū quod ſit de re illicita/vel
contra caritatē. ꝛ quod non pōt ſaluari ſine inte
ritu eterne ſalutis: ſicut ſi iurarē me aliquē inter

fecturū/vel non daturuz elemoſinā/vel aliquod
tale periuriū:non eſt aliquatenus obſeruandū.
vnde ibero. In malis pmiſſis:fidem reſcinde.
In turpi voto muta decretū.xxij.q.iij. in malis
Notandū etiā:q ſecundario prohibet hic iura
mentū quod fit per falſos deos:quod nō debet
fieri a chriſtianis.tamen credo q chriſtianꝰ ex
pediens poſſet recipere iuramentū a ſarracenis
p deos ſuos.Notandū inſuper q non eſt iuran
dū per creaturas: niſi per aliquas.vt per euan
geliū/per altare/p crucē/per reliquias ſancto-
rū. In manu etiā epiſcopi poteſt iurari.xxij.q.i
ſi aliqua.et:q.v.qui periurat.Unde nota q qui
iurat per creaturā non conceſſam: debet acerri-
me puniri.vt dicit Raymundus.

De tertio precepto.

Ertium preceptū eſt: Memento vt diem
ſabbati ſanctifices. ita q in iſto precepto
precipitur primo et principaliter obſeruari di
es dominica:et ex conſequēti precipiuntur alie
feſtiuitates ſollennes que ponūtur de conſe. di.
.iij. Pronuntianduz. Et ſunt iſte. Natiuitas do-
mini/ſanctorū ſtephani/iohannis euangeliſte/

innocentum/ſilueſtri/circūciſio domini/epipha-
nia domini /purificatio beate marie virginis/
inuentio ſancte crucis/ſanctū paſcha cū ebdo-
mada/tres dies rogationū/aſcenſio domini /di-
es penthecoſtes/ſancti iohannis baptiſte/duo
decim apoſtolorū:et maxime petri et pauli qui
totū mundū ſua predicatione illuminauerunt/
ſancti laurentij/aſſumpſio virginis marie/nati-
uitas/et conceptio eiuſdez/dedicatio ſancti mi
chaelis/dedicatio cuiuſcūqz oratorij ſeu ecclie
feſtū omniū ſanctorū/martini/ꝛ ille feſtiuitates
quas ſinguli epiſcopi in ſuis epiſcopatibus cū
clero collaudauerunt celebrare.q̄ vicinis cōmo-
rantibus indicende ſunt non tamē generaliter
omnibus.Tamen hoc vltimū intellige de ſctis
canoniſatis ab eccleſia romana.quia epūs non
poſſet per ſe aliquē ſanctū canoniſare . extra de
re.et vene.ſanctorū.ca.i.Relique vero feſtiuita
tes non ſunt cogende ad ſeruandū/vel ꝓhiben
de Hec itaqz ſcripta ſunt et determinata in ca.
pre allegato. Pronūtiandū. Item euſebius pa
pa ſtatuit feſtū inuentionis ſancte crucis.v. no-
nas maij ſollēniter celebrari.de conſe.di.iij. cru

cis. Nota etiã ꝙ in ca. predicto ꝓnuntiandũ. nõ ſit mentio de feſto annũciationis beate marie: cũ tamen ſit feſtũ ſollenne et celebre. Sꝫ forte diceret aliquis iſtud preceptũ de die ſabbati: nõ de die dominico eſſe intelligendũ. Ad cui⁹ euidentiã eſt notandũ: ꝙ in lege veteri fuerunt quedaꝫ precepta cerimonialia: quedã moralia. Cerimonilia erant illa q̃ ptinebant ad ſpecialẽ cultũ dei. ſicut ꝙ tali die fieret ſacrificiũ tale/vel tale. et etiã q̃ pertinebant ad cerimonias illius populi. ſicut ꝙ induerentur tali veſte ꝛc. Et iſta precepta ex quo chriſtus ſurrexit/et fuit ꝓmulgatũ euangeliũ non fuerũt obſeruata/immo qui ea obſeruaret: peccaret mortaliter. Moralia aũt erant illa q̃ erant de dictamine legis nature. ſicut ſeruire deo/honorare parentes/ et ſimilia. Et iſta precepta adhuc manent in virtute ſua. modo preceptũ de obſeruatõne ſabbati partim erat morale: quantũ ad hoc ſcilꝫ vt debitus honor impenderet̃ deo. et iſtud eſt de dictamine legis nature. ſed ꝙ tali die determinata talis honor impenderet̃ magis q̃ꝫ alia die: erat cerimoniale: inquantũ requies illi⁹ diei erat figura

illius ſabbati magni quo requieuit deus in ſe-
pulchro. et ideo quantū ad illud ceſſauit iſtud p̄
ceptū ita ꝙ dies ſabbati fuit mutata in diez do
minicā. et hoc rōnabiliter. In hac enī die mun
dus ſumpſit exordium reſurexit christus mors
interiit et vita accepit principium. Et iſta inten-
tio beati pauli ad colocen. vbi dicit. Nemo vos
iudicet in cibo/aut potu/aut in parte diei festi/
aut neomenie/aut ſabbatorū: que ſunt vmbra
futurorū. Et de hoc diſpitat multū apoſtolus ad
hebreos. iij. et. iiij. ca. Et habent ſuper hoc mul
ta ca. de conſe. diſ. iij. In diebus feſtiuis debent
vacare homiēs hymnis/pſalmis/ꝛ canticis ſpū
alibus/et aliis bonis operibus magis ꝙ̄ aliis
diebus: et ideo magis debent abſtinere ab om
ni opere ſeruili. non ſolum a peccato quod pro-
prie ſeruile dicit: quia facit hominez ſeruū dia-
boli: ſed etiā ab operibus mechanicis/et nego
ciis ſecularibus. nec mercatū fiat/nec placituz.
nec aliquis ad penā/ſeu mortem iudicetur. nec
ſacramēta iurentur: niſi pro pace fienda. de cōſe
diſ. iij. Rogationes. De his mechanicis/ꝛ aliis
ſecularibꝰ offitiis expreſſit dominꝰ dicens. Rex

diebus operaberis:ſeptimo aūt die qui eſt ſab-
batū domini dei tui non facias opus. tu/filius
tuus/filia tua/ſeruus tuus/et ancilla tua/ iumē-
tum/et aduena qui eſt intra portas tuas. Nota
etiā ꝙ propter periculū hoſtiū/vel tempeſtatis
imminentis poſſunt fructus colligi in diebꝰ do-
minicis/et feſtiuis:ita tamen ꝙ de illis ꝓpoſſe
ſtudeant illi quorū ſunt largiores elemoſinas
erogare. Scholares etiam illis diebus poſſunt
ſcribere in quaternis ſuis lectiones ſuas quas
per ebdomadam audierunt.

De quarto precepto.

Quartū preceptū/et primum de illis que ꝑ-
tinent ad proximū eſt: Honora patrē tu-
um/et matrem tuā.ita ꝙ in iſto precepto directe
precipitur ꝙ parentes honoremus. Et eſt intel-
ligendū non ſolum de honore reuerentie(ſic ꝙ
genua flectentur coram eis/et ꝙ oſculentur eis
manus et ſimilia)ſed etiā de honore ſubſidij et
prouidentie:ſcʒ ꝙ prouideatur eis in neceſſari-
is ſecundū facultatē vniuſcuiuſqʒ. Nomine etiā
patris et matris intelliguntᷣ prelati eccleſie/et
magiſtri/et domini temꝑales quibus et honor

458

debitus exhibendus. Nomine etiã patris et matris intelliguntᷣ omnes proximi q̇bus ſunt opera miſericordie adhibēda. Unde operũ miſericordie quedã ſunt ſpũalia: et quedã corpalia. Spũalia ſunt illa. Conſulere neſciētes / corrigere delinquentes / remittere iniuriantibus / conſolari triſtes / ſupportare importunos / orare ꝓ perſecutoribus. vnde verſus. Conſule / caſtiga / ſolare / remitte / fer ora. Corpalia ſunt iſta. Paſcere eſurientes / potare ſitientes / veſtire nudos / viſitare infirmos / redimere captiuos / colligere ĩ hoſpitio vagos / ſepelire mortuos. vnde verſ⁹ Viſito / poto / cibo / redimo / tego / colligo / condo.

De quinto precepto.

Quintũ p̄ceptũ et ſecundũ ad proximũ eſt: Non occides / ſuple iniuſte. In quo p̄cepto prohibetur homicidiũ. Et ſub nomine homicidij intelligitᷣ omnis iniuria corpalis q̄ poteſt inferri proximo. Pro quo notandũ ꝙ duplex ē homicidiũ. quoddã eſt ſpũale: quoddã eſt corporale. Spũale fit quinq3 modis / ſcꝫ odiendo. vnde iohannes in prima canonica ſua. Qui odit fratrē ſuũ homicida eſt. detrahendo / male con-

ſulendo/nocendo.Et de his tribus habetur de peni:diſ.i.homicidiorū.et ca. omnis iniquitas. et ca.noli putare.Vel vidū ſubtrahendo.diſti: lxxxvi.Paſce fame morientē ſi non pauiſti: occidiſti.Et quodlibet iſtorū homicidiorū ſecūdū doctores eſt peccatū mortale.Homicidiū corpale ſecundū doctores fit duobus modis. vno mō verbo.alio modo facto.Verbo fit tribus modis/ ſcʒ precepto/conſilio/et defenſione.diſ.l. Si qs videns.de pe.diſ.i.periculoſe.Et quodlibet iſtorum ſi fiat iniuſte:eſt peccatuʒ mortale. Facto fit quatuor modis: ſcʒ iuſtitia/neceſſitate/caſu/et voluntate.Juſtitia:vt cū iudex vel miniſter reum iuſte condemnatū ad mortē occidit.Hoc homicidiū ſi fiat ex liuore/vel amore fundendi ſanguinē humanū:licʒ talis moriať iuſte/quia meretur mortē:tamen iſte q̇ occidit peccat mortaliter ꝓpter intentionē corruptā.Si aūt fiat amore iuſtitie:nec peccat iudex condēnando eū ad mortem:nec precipiendo miniſtro ꝙ occidat eū nec miniſter exequendo mandatū iudicis/dummō faciat ſeruato ordine iuris.Probať hoc ex verbo apoſtoli in epiſtola ad roma.Omnis ani-

ma poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. et ſequitur. Non enim ſine cauſa gladiū portat: dei enī miniſter eſt et iudex in irā ei qui male agit Si fiat in neceſſitate: diſtingue. quia aut illa neceſſitas fuit euitabilis: puta quia poterat euadere abſqȝ occiſione hominis: tūc eſt reus homicidij. et debet agere penitentiā tanꝙ pro peccato mortali. aut fuit ineuitabilis: quia occidit hominē abſqȝ homicidii meditatione / immo cum dolore animi ſe ⁊ ſua defendendo / ſiue liberando. Et in iſto caſu nō dicitur peccare / neqȝ aſtringitur ad pnīam tamē debet dolere / et ſuis peccatis aſcribere: ꝙ in tantā poterit venire culpā vbi culpa nō eſt. vt ca. Interfeciſti. extra de homicidio. Si autē fiat caſu: diſtingue. aut iſte dabat operā rei licite / vel illicite. ſi dabat operam rei illicite: puta quia proiecit lapidem ꝑ loca ꝑ q̄ conſueuerūt homines tranſire. vel dum furabatur equū vel bouem: aliquis ab equo vel boue percuſſus interiit ⁊c. In iſto caſu talis eſt ſimpliciter reus homicidii. Si aūt dabat operā rei licite: puta quia arbores ſibi neceſſarias incidebat: vel deponebat fenum de curru / et ſimilia:

ſi adhibuit diligentiā quam debuit/ſcʒ reſpici-
endo/vel proclamādo non nimis tarde/vel len
te: ſed tempore congruo et alte/ita ꝙ ſi aliquis
erat ibi/vel veniebat: poterat fugere/vel ſibi
cauere:non imputatur ſibi.probatur hec diſt. l.
Sepe contingit.extra de homicidio. Quidam.
Si aūt homicidiū fiat voluntarie: ſine omni di-
ſtinctione tenendū eſt eſſe grauiſſimū ⁊ enorme
peccatū.diſti.l.Si quis voluntarie.ꝛc.

De ſexto precepto

Sextum preceptum eſt: Non mechaberis

Ita ꝙ in iſto precepto ꝓhibetur omnis
concubitus preterꝙ cū legitima vxore.Que au
tem et quot ſunt ſpecies talis concubitus.vide
ſupra parte ſecunda tractatu.ii.ca.ix.

De ſeptimo precepto.

Septimū preceptū eſt:Non furtum facies.

Ita ꝙ in iſto precepto prohibetur furtū/
vſura/fraus/rapina/dolus.et generaliter om-
nis acquiſitio illicita aliene rei:quocunqʒ mo-
do palliato/ſiue pacto fiat.

De octauo precepto.

Octauū preceptū eſt:non falſum teſtimonium dices.ita ꝙ in iſto precepto ꝓhibet̄ omne mendaciū. Pro quo notandū ꝙ ſecunduꝫ augu.libro de mendacio:octo ſunt genera mendaciorū. Primū eſt quod fit cōtra doctrinā fidei et bonorū morū.vt dicere xp̄m non eſſe natū de pura virgine maria.vel non eſſe paſſum in cruce.vel aliud ſimile cōtra articulos fidei/vel bonos mores. Secundū eſt quod nulli prodeſt:et alicui obeſt.vt eſt mendaciū detractoris/vel falſi teſtis in cauſa criminali. Tertiū eſt quod prodeſt vni:et obeſt alteri.vt teſtimonium falſi teſtis in cauſa pecuniaria. Quartū eſt quod fit ſola mentiendi libidine/quaſi ſine cauſa et vtilitate. Quintū eſt quod fit placendi cupiditate.vt mendaciū adulatoris. Sextū eſt quod nulli obeſt:et ꝓdeſt alicui.ad euitandū periculū pecunie.vt ſi quis ſciens pecuniā alicuius tollendā a fure/vel predone mentiretur:iurans ſe neſcire vbi ſit. Septimum eſt quod nulli obeſt et prodeſt alicui ad euitandū periculū ꝑſone.vt ſi quis queratur ad mortē/et aliquis mentiat̄ iurans ſe neſcire vbi ſit. Octauū eſt quod nulli obeſt et prodeſt alicui

ad hoc vt ab immunditia corporali aliquis te-
neatur. vt ſi volenti corrūpere virginē mentiat
aliquis dicendo eam eſſe coniugatā / vel ſe ne-
ſcire vbi eſſet illa virgo: vt ſeruaret̄ eius virgi
nitas. Alia diſtinctio ponitur ab eodē augu.
ſcȝ ꝙ mendaciorū aliud eſt pernicioſum: ꝛ iſtud
cōprehendit q̄nqȝ genera diſtinctiōis. Et iſtud
eſt ſemper peccatū mortale. xxij q. ij. Primum.
Aliud eſt vitioſum: et illud comprehendit tria
vltima genera prime diſtinctionis. et iſtud eſt
peccatū veniale. Aliud eſt iocoſum: et credo eti
am ꝙ iſtud eſt veniale. quod intelligo quando
ille cui dicitur: nouit rem cauſa iocandi fuiſſe di
ctam / et ꝙ non dicatur ex libidine mentiendi.

De mendacio adulationis nota ꝙ aliq̄s po-
teſt adulari alteri tribus modis. vno modo attri
buendo ei bonū quod non habet. Et iſto modo
dicunt aliqui ꝙ eſt peccatū mortale. et aliqui ꝙ
eſt veniale. Alio modo probando malū quod
habet. ꝛ iſtud ſecundū omnes eſt mortale. Alio
modo extollendo bonū quod habet. et iſtud ſe-
cundū omnes eſt veniale.

De nono et decimo preceptis.

464

Onum et decimum preceptū prohibent actum interiorem/ſcilʒ actum voluntatis videlicet ꝙ nullus concupiſcat alienam vxorē. et ſub nomine vxoris intelligitur quecunqʒ mulier. quia (vt dicit apoſtolus). Quicunqʒ viderit mulierem ad concupiſcenduʒ eam: iam mechatus eſt in corde ſuo. et ꝙ non concupiſcat rem alienam ad poſſidendum. Horū autē decem preceptorum legis quedam ſunt affirmatiua/quedam negatiua. Et patet differentia iſtorū. quia affirmatiua obligant ſemper: ſed non ad ſemper ſed pro loco et tempore: negatiua autē obligāt ſemper et ad ſemper. De iſtis decem preceptis habentur iſti verſus. Vnum crede deū: nec iures vana per ipſum. Sabbata ſanctifices: et venerare parentes. Non ſis occiſor/fur/mechus/teſtis iniquus. Viciniqʒ thorum/reſqʒ caueto ſuas.

Ca. quartum de dotibus beatorū.

Via (teſte auguſti.) nullum bonum irremuneratum/neqʒ malum impunitum remanebit: ideo vltimo videndum eſt de dotibus beatorū/id eſt de premijs que habebunt illi qui

obſeruabunt iſta precepta. Notandū ergo ꝙ obſeruatoribus iſtorū preceptorū dabuntur ſeptem dotes glorie in paradiſo. tres ex parte anime: et quatuor ex parte corporis. Prima dos ex parte anime eſt clara viſio dei. ſcilicȝ ꝙ videbimus deuȝ clare ſine aliquo velamine. Et in iſta viſione conſiſtit tota noſtra beatitudo. vnde auguſtinus. Viſio eſt tota merces. Et iſta clara viſio ſuccedit viſioni fidei. Ita dicit paulus apoſtolus. Videmus nunc (ſcilicȝ in vita iſta) per ſpeculum in enigmate (ſcilicet fidei) tunc aūt (ſcȝ in paradiſo) facie ad faciē. Secunda dos ex parte anime eſt firma tentio. quia ſcilicȝ ita firmiter tenebimus deū ꝙ nullo modo timebimus eum amittere. Et de iſta tentione dicitur in canticis Tenui eum/ nec dimittam. Et iſta firma tentio ſuccedit virtuti ſpei. Tertia dos anime beate erit perfecta fruitio: ſcilȝ quia anima beata perfecte fruetur deo/ et adherebit ei/ et ſatiabitur/ et delectabitur in eo. vnde pſalmiſta. Satiabor cū apparuerit gloria tua ꝛc. Et iſta perfecta fruitio ſuccedit amori caritatis. Et de iſtis tribus modis dicit auguſtinus. Videbimus/ amabimꝰ

46b

et laudabimus. Et iſtud officiuz habebimus in paradiſo/ſcz videre/amare /et deum laudare.

Poſt reſurrectionem aūt habebimus quatuor dotes ex parte corporis. quia corpora noſtra erunt agilia/id eſt mouebuntur per quantūcunqz ſpacium ſine aliqua fatigatione et labore. Erunt etiam impaſſibilia: quia a nullo poterūt pati. Erunt etiam immortalia: quia nullo modo poterunt mori. Erunt etiam clariſſima: vnde ſaluator. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris mei. Cuius regni conciues nos faciat rex regum/et dominus dominanciū Iheſus chriſtus AMEN.

Hec circa officiū curatorum breuiter a me ſcripta ſunt: vt ſimplices in aliquibus inſtruant̄ et magis prouecti ad altiora inueſtiganda laborent. obſecrans vt ſi in libello iſto lector aliqua vtilia inueniat: ipſe attribuat ſoli deo grates referens: ꝙ michi peccatori aliquantulam ſcintillulaz intelligentie impartiri dignatus eſt Illa autē que minus bene dicta ſunt: mee ignorantie /aut inaduertentie aſcribens: caritatiue

corrigat:et pro me peccatore preces ad domi=
num fundat.

Doctiſſimi viri domini guidonis de monte
rocherij liber qui Manipulus curatorū inſcri=
bitur: finit feliciter. Impreſſus in ciuitate
gebēn. per magiſtrū Adam ſteynſchauwer de
ſchuinfordia. Anno domini Milleſimoqua=
dringenteſimooctuageſimo. Die vero viceſima
nona Menſis marcij.

Tabula libri qui manipuluscuratorū appelatur: incipit feliciter.

Iber iſte prima ſui diuiſione in tres partitur partes principales. In prima parte agitur de ſacramētis/et his que ꝑtinent ad ipſorum ſacramentorū adminiſtrationez. Et diuiditur pars illa principalis in ſeptem tractatus.

Ractatus primus prime partis principalis eſt de ſacramentis in generali. Et habet tria capitula.

Ca.i. de inſtitutione ſacramentorum.
Ca.ij. de virtute et efficatia ſacramentorum
Ca.iij. de numero ſacramentorum.

Ractatus ſecundus prime partis principalis eſt de baptiſmo. et habet octo ca.

Ca.i. quid eſt baptiſmus/et vnde dicatur.
Ca.ij. de natura baptiſmi
Ca.iij. de forma baptiſmi
Ca.iiij. de miniſtro baptiſmi
Ca.v. de ſuſcipientibus baptiſmum

Ca.vi.de ritu baptiſmi.
Ca.vij.de effectu baptiſmi
Ca.viij.de annexis baptiſmo

Ractatus tertius prime partis principa-
lis eſt de confirmatione:et habet.vij.ca.

Ca.i.quid eſt confirmatio.
Ca.ij.de materia confirmationis
Ca.iij.de forma confirmationis
Ca.iiij.de miniſtro confirmationis
Ca.v.de ſuſcipientibus confirmationem.
Ca.vi.de ritu confirmationis
Ca.vij.de effectu confirmationis.

Ractatus quartus prime p̄tis principalis
eſt de ſacramēto eucariſtie ⁊ habet.xi.ca.

Ca.i.quid eſt eucariſtia/et vnde dicatur.
Ca.ij.de miniſtro eucariſtie
Ca.iij.de materia ſacramenti eucariſtie
Ca.iiij.de forma eucariſtie ⁊ conſecra.ſanguis.
Ca.v.de loco vbi miſſa debet celebrari
Ca.vi.quo tempore miſſa debet celebrari
Ca.vij.quotiens in die miſſa debet celebrari.

Ca.viij.de veſtibus quibus ſacerdos induitur in miſſa.
Ca.ix.quibus debet dari ſacramētū eucariſtie
Ca.x.de ritu quo debet dici miſſa.
Ca.xi.de defectibꝰ q̊ poſſunt occurrere in miſſa.

Ractatus quintus prime partis principalis eſt de ſacramēto ordinis:et habꝫ.v.c.

Ca.i.quid eſt Ordo.
Ca.ij.quot ſunt ordines.
Ca.iij.an in quolibꝫ ordine imprimat̃ caracter
Ca.iiij.in quo actu in quolibet ordine imprimitur caracter.
Ca.v.que requiruntur in ſuſcipiente ordines.

Ractatus.vi.prime partis principalis eſt de ſacramento extreme vnctionis.et habet.vij.ca.

Ca.i.de materia extreme vnctionis.
Ca.ij.eſt de forma extreme vnctionis.
Ca.iij.quis ſit miniſter extreme vnctionis.
Ca iiij.quis ſit effectus extreme vnctionis.
Ca.v.quibus debet dari iſtud ſacramentum

Ca.vi.in quibus partibus corporis debet fieri iſtud ſacramentum.
Ca.vij.an debeat iſtud ſacramentnm iterari.

Ractatus.vij.prime partis principalis ē de ſacramēto mrionij.⁊ habet duas ptes
Prima eſt de ſpōſalibus.et habet.v.ca.
Ca.i.quid ſint ſponſalia.et vnde dicantur
Ca.ij.qualiter contrahantur ſponſalia.
Ca.iij.in qua etate poſſunt contrahi ſponſalia.
Ca.iiij.quis ſit effectus ſponſalium.
Ca.v.in quibus caſibus diſſoluuntur ſponſalia

Secunda pars huius ſeptimi tractatus prime partis principalis eſt de mrīmonio.Et habet octo capitula.
Ca.i.quid eſt matrimoniū/et vnde dicatur.
Ca.ij.qualiter contrahitur matrimonium.
Ca.iij.quando/vbi/et quibus verbis fuit inſtitutum matrimonium.
Ca.iiij.que fuit cauſa inſtitutionis matrimonij.
Ca.v.qui poſſunt contrahere matrimonium.
Ca.vi.quot modis dicitur matrimonium
Ca.vij.quot ſunt bona matrimonii.

472

Ca.viij.eſt de impedimentis matrimonij
Et iſtud octauum capitulũ vltra ſubdiuidit in ſedecim capitula.
Ca.i.huius octaui ca.ẽ de impedimẽto erroris.
Ca.ij.de impedimento conditionis
Ca.iii.de impedimento voti
Ca.iiii.de impedimento cognationis carnalis
Ca.v.de impedimento cognationis ſpũalis
Ca.vi.de impedimento cognationis legalis
Ca.vij.de impedimento criminis
Ca.viij de impedimento diſparitatis cultus
Ca.ix.de impedimento violentie
Ca.x.de impedimento ordinum.
Ca.xi.de impedimento ligaminis
Ca.xij.de impedi. publice honeſtatis iuſtitie
Ca.xiij.de impedimento affinitatis
Ca.xiiii.de impedimentis impotentie coeundi
Ca.xv.de impedimento temporis feriarum
Ca.xvi.de his qui contrahunt bannis preter-miſſis; quod eſt interdictum ab eccleſia

Ecũda pars huius libri/in qua agit de penitentiis/et his q̃ ptinent ad confeſſio

nū audientiā/et penitentiarū impoſitionē) ſub-
diuiditur in quatuor tractatus principales.

Ractatus primus de Penitentia in generali.et habet quatuor capitula.

Ca.i.quid eſt penitentia.et vnde dicat.et quot ſunt eius ſpecies.
Ca.ii.de ſollenni penitentia
Ca.iii.de publica penitentia
Ca.iiii.de priuata penitentia.

Ractatus ſecūdus iſtius ſecūde ptis principalis eſt de cōtritione.et habet.vii.ca.

Ca.i.quid eſt contritio.
Ca.ii.de quantitate contritionis
Ca.iii.de qualitate contritionis
Ca.iiii.quantum debet durare contritio
Ca.v.de quibus debet eſſe contritio.
Ca.vi.que ſunt cauſe inductiue contritionis.
Ca.vii.de effectu contritionis.

Ractatus tertius eſt de confeſſione.et habet vndecim capitula.

Ca.i.de inſtitutione confeſſionis .
Ca.ii.qui tenentur ad confeſſionem .
Ca.iii.quo tempe tenent̄ homines confiteri.
Ca.iiii.cui debet homo confiteri .
Ca.v.de quibus debet fieri confeſſio .
Ca.vi.qualis debet eſſe confeſſio
Ca.vii.de iteratione confeſſionis
Ca.viii.quomodo ſe debet habere ſacerdos ad confitentem
Ca.ix.de interrogationibus faciendis in confeſſione
Ca.x.de ptāte clauium/et effectu confeſſionis
Ca.xi.de ſigillo confeſſionis

Tractatus quartus eſt de ſatiſfactione . et habet ſex capitula principalia

Ca.i.quid ſit ſatiſfactio
Ca.ii.eſt de elemoſina
Et ſubdiuidit̄ iſtud capitulū in quat or ca.
Ca.i.de quo debet fieri elemoſina
Ca.ii.quis poteſt facere elemoſinam
Ca.iii.cui debet dari elemoſina
Ca.iiii.qualiter debet fieri elemoſina

Ca.iiij.principale huius quarti tractatus eſt de elemoſina que eſt ſecunda pars ſatiſfactōis

Et ſubdiuiditur iſtud capitulum in quatuor capitula ſeu conſiderationes.

Ca.i.quot modis dicitur ieiunium.

Ca.ii.quando fuit inſtitutum ieiunium.

Ca.iii.quot requiruntur ad ieiuniū faciendum.

Ca.iiii.quot bona facit ieiunium.

Ca.iiii.principale huius quarti tractatus eſt de oratione que eſt tertia pars ſatiſfactionis

Ca.v.que penitētia debet imponi pro vnoquoqʒ peccato/et de menſura penitentie.

Ca.vi.vtrum vnus poſſit ſatiſfacere pro alio.

Ertia pars principalis huiꝰ libri in qua agitur de articulis fidei/et his que pertinent ad populi informationem:diuiditur in quatuor capitula.

Ca.i.eſt de articulis fidei.

Ca.ii.(continens tres partes principales) eſt de petitionibus orationis dominice.

Ca.iii.(quod nouem continet portiones) eſt de

476

decem preceptis legis
Ca.iiij.eſt de dotibus beatoru͞.

Tabula libri (qui Manipulus curatorum appellatus eſt) finit feliciter.

Jallon presbiter

Jaillon — il est de Jaillon, vieille famille d'Arbois éteinte depuis longtemps. Il reste encore la grange (ferme) dite Grange Jaillon

2

May 1942

GENEVA

ADAM STEINSCHABER

GUIDO DE MONTE ROCHEN. Manipulus Curatorum. March 29, 1480.

Cop. 2,837; Huntington 4495; Stillwell G531.

Printed with gothic types, in quarto form, 23 lines to a page. It has 238 leaves. The size of a leaf is 203 × 133 mm., and the printed text measures 128 × 89 mm. Bookplates of Henry Willerme and J.-J. Simon.

GUIDO DE MONTE ROCHEN (Monte-Rocherii or Monte-Rotherii) was a fourteenth-century Spanish theologian, probably a parish priest at Teruel in the diocese of Valencia. He finished his work in 1333.

The *Manipulus Curatorum* was dedicated to Raymond, Bishop of Valencia. "I composed this little book," the author wrote, "for the instruction of young curates, in a rough but useful style, taking pains not for ornate words but for the profit and progress of souls." And at the end of the prologue he explained that he had entitled his treatise *The Curates' Handbook* "because priests should keep it in their hands that they may see how their duties should be performed."

The office of the priesthood is four-fold, according to the four meanings of the word "sacerdos" — Guido quotes St. John Damascene. Priests are called "sacerdotes" because they celebrate Mass, saying sacred words; they administer the sacraments, giving out sacred things; they hear confessions, acting as sacred guides; and they teach the people, conveying to them sacred lessons. "Wherefore they should have this much learning: to be able to read properly those things contained in the Mass, and know their grammar; to know the sacraments, and their forms; to distinguish between one sin and another, and impose suitable penance; and to be able to inform their people as to the articles of faith."

The volume is divided into three parts. The first deals with the sacraments and their administration; there are chapters on each of the seven sacraments, except confession. The second treats of penance; contrition; and charity, the latter consisting of love towards God, compassion towards one's neighbor, and the giving of alms. And finally, the third part discusses the articles of faith; the petitions of the Lord's Prayer; the Ten Commandments; and the gifts of the blessed.

The *Manipulus Curatorum* became exceedingly popular among the clergy. Hain, whose list is quite incomplete, enumerates fifty-eight editions during the fifteenth century. The work remained in favor until the Council of Trent, when the catechism of Pius V superseded it.

The Geneva edition is very rare. Adam Steinschaber, or Steinschauer, a native of Schweinfurt, was the first printer in the city. He published his first book there in 1478.

Bought in March 1940.

ZOLTÁN HARASZTI

The volume is enriched with thirty woodcuts, printed from eighteen blocks, several of which are new. Noah's ark is the first; then follow the Tower of Babel, a city surrounded by ramparts, and another city situated on the bank of a river. (Both of the latter are repeated several times, the first representing Niniveh, Athens, Rome, etc. and the second, Sodom and Gomorrah, Troy, Babylon, and other places.) The picture of Christ is especially impressive. He is talking to the twelve apostles, and in the corners of the page are the portraits of the Evangelists. The miracles are illustrated by a boy, the lower part of whose body is that of a fish; a dog with a human face; a comet; and the sun in eclipse. A little woodcut shows St. Benedict; and a larger one, St. Francis and St. Dominic in conversation.

Part of the first leaf of the index is torn away, but otherwise the copy is in excellent condition. There are manuscript notes on the verso of the last leaf.

Bought in February 1942.

GENEVA